# PUBLIKACJA ŹRÓDEŁ HISTORYCZNYCH

## ZBIÓR DOKUMENTÓW KOLEGIATY I KAPITUŁY ZAMOJSKIEJ

WYDAŁ KS. BOLESŁAW KUMOR

(C. d.)

Archiwa, Biblioteki i Muzea Kościelne. T. 26: 1973

missionem rdi dni decani talem exceptionem et fidelem relationem manu scriptam adm. rdo dno officiali ad acta praesentia recipi et ingrossari petiit.

Cuius tenor est talis: Ego Gregorius Szarpkowski vicarius ecclesiae collegiatae Zamoscensis recognosco me introduxisse vblem ac religiosum patrem Stanislaum Swiecki Ordinis FMConv. conventus Zamoscensis, actu presbyterum, ab adm. rdo dno guardiano Zamoscensi deputatum poenitentiarium, iuxta fundationem gnosi Ioannis Komorowski pocillatoris Bełsensis, vicecapitanei Cracoviensis ad ecclesiam collegiatam Zamoscensem, eidemque locum ad accipiendas confessiones in confessionali (ex quo per adm. rdum dnum Laurentium Starnigielium[9] decanum Zamoscensem deturbatus erat) ostendisse et assignasse. Et eundem adm. rdum dnum decanum ex mandato adm. rdi dni Ioannis Sasin canonici, vicarii in spiritualibus et officialis generalis Chelmensis in praesentia adm. rdorum dnorum Felicis Czarnolaski praepositi et Bartholomaei Szołomoński canonici Chelmensis, ad ecclesiam Zamoscensem pro tunc commissariorum ab illmo et rdmo dno episcopo Chelmensi deputatorum, monuisse nec in posterum eundem poenitentiarium in suo officio turbare, molestare, aut impedire praesumat. Idque sub poena 100 marcarum pro fabrica ecclesiae collegiatae Zamoscensis, vel iuxta arbitrium illmi et rdmi dni loci ordinarii, vel officialis generalis irremisibiliter persolvendorum. Idem qui supra mp.

### Nr 25

### Dekret reformacyjny dla kolegiaty zamojskiej.

*Zamość, 6 V 1633.*

*Dekret reformacyjny (częściowy) ks. Kaspra Miroszewskiego dotyczy budynku kościelnego (fabrica ecclesiae), wyposażenia ołtarzy i zakrystii. Wizy-*

[9] *Wawrzyniec Starnigiel, zob. dokum. nr 22 przyp. 8.*

*tator poleca dziekanowi kapituły dopilnować stałego porządku w służbie Bożej oraz karności niższego duchowieństwa kolegiaty i zakonnego w Zamościu.*

**Czps** *ADL A nr 112. Acta actorum dioecesis Chelmensis R.D. Remigii Koniecpolski episcopi Chelmensis, abbatiae Andreoviensis perpetui administratoris — — per R.D. Gasparum Miroszewski custodem ecclesiae collegiatae Cureloviensis — — conscripta a. D. 1633 k. 27—30. Tytuł wpisu*: Decretum reformationis pro ecclesia collegiata Zamoscensi.

Inhaerendo commissioni sibi ab illmo et rdmo dno loci ordinario[1] concessae, ut visis, collatis interioribus et proximioribus visitationibus (iis, quae longiorem disquisitionem volunt) et exequutionem interioris visitationis redolent, ipsi illmo et rdmo dno loci ordinario reservatis. Quae vero moram pati non posse et exterioris visitationis vim habere censenturque, per dnum commissarium decreto reformationis confecto, reformentur, ut satisfiat menti et intentioni [27′] suae illmae celsitudinis, haec puncta reformanda censentur et reliquuntur.

Imprimis, quoniam ecclesiam istam constat non esse consecratam et indultum pro ea ante biennium obtentum expiravit, sine mora novum procuretur. Fenestrae, vi ventorum notabiliter concussae, in suis orbiculis tempestive reparentur. Mappae altaris maioris item decentiores et mundiores, quam sunt repertae, habeantur et saepius immutentur, quo de aliis altaribus, in quibus frequentius missae celebrentur, sentientur. Manlibrit pixidis Ssmi Sacramenti linteolum, aut praependius, aut omnino nullum apparatur, similiter bursae communionis infirmorum purificatorium.

Baptisterium, si non proportionatum structurae ecclesiae, saltem decentius in eodem loco, ubi nunc est, provideatur. Cochlear parvum, argenteum, administrationi baptismi deserviens, deperditum, omnino requiretur, et usui cum sua argentea pelvicula applicetur. Olea sacra loco decentiori et separato eaque obserata asservantur. Metrica beptisatorum et matrimoniorum, quae nunc est in chartis consutis, in libros religatos [28] redigantur et in forma debita per sacerdotem baptismum administrantem et non alium ullo modo scribantur.

Argentum ecclesiae in suo separato armario mundius asservetur. Calices quatuor, in toto et unus in orificio cum sua patena fracti, reficiantur. Missalibus clausurae argenteae, quae deciderunt, suis locis restituantur, antequam fragmenta depereant. Vas argenteum sive calix usui ablutionis communicantium comparatus aurifici mandandus detur et in eo populo communicanti ablutio omnino porrigatur. Libri ad cantum ecclesiae servientes in suis clausulis reficiantur. Casulae usu attritae, in quibus amplius missae non celebrentur, pro antipediis minorum altarium convertantur vel comburantur. Dalmutia rdorum dnorum praelatorum et canonicorum et alia minutior supellex ecclesiae [28′] in armariis inter casulas ecclesiae non reponantur. Imagini Transfigurationis Domini, super uno ex minoribus altaribus positae, a tergo provideatur, ne sit visui pervia.

Persona, quae maiorem curam et munditiem sacristiae gerat, una ex clero provideatur (quod rdo dno custodi iniungitur) et interim huic, quae nunc est aptior, addatur. Meretur siquidem pientissimi fundatoris munificentia et liberalitas in viridiori (quam conspicitur) observantia cerni. Cuius rei causa authoritate Illustrissimae et Rdmae Celsitudinis monetur clerus et imprimis rdus

[1] *Remigiusz Koniecpolski, zob. dokum. nr 22 przyp. 4.*

dnus decanus, ad quem ordo ecclesiae et directio cleri loci huius pertinet, ut inhaerendo ordinationi a fundatore praescriptae singulis mensibus clerum congregari faciat, ibique unumcunque sigillatim officii sui commoneat et pro qualitate criminis puniat, et incorrigibiles (si ita videbitur) illmo et rdmo loci ordinario puniendos deferat. Sacerdotum, ut sit iuxta pientissimi fundatoris intentionem completus numerus, omnino provideatur. Quod fiet, si nonnisi cum literis [29] conversationis iuxta constitutiones synodales a decano rurali, in cuius decanatu commorati sunt, recipiantur. Qui postea, sine speciali licentia ab illmo et rdmo dno loci ordinario in scriptis obtenta, loco mulctae, sub poena excommunicationis ipso facto incurrenda, non permittantur.

Regulares vero saltem bis in anno officiali generali examini, ab eodem approbandi, se subiacere tenentur. Ordinationem, quam praescribet dnus decanus in celebratione missarum, vicarii observare tenebuntur, ut cultui divino et venientium devotioni consulatur, et plus temporis divinis peragendis quam silentio detur. Concionibus intersint, missas propter privatas, ex obligatione autem assignatas, non negligant. Obventiones quascunque nonnisi in praesentia decani dividant. De funeralibus nullatenus sine dno decano paciscantur. Tabula [29′] grossioribus literis conscripta in loco conspicuo appendatur, in qua tam rdorum dnorum praelatorum et canonicorum, quam aliorum sacerdotum officia iuxta voluntatem et ordinationem fundatoris exarentur. Ordinatio vero ipsa fundatoris omnino aliquoties quolibet anno in capitulo praelegatur, aut scripta in loco ecclesiae conspicuo appendatur. Regulares in iis, quae directionem et universale regimen cleri loci huius concernunt, morigeros decano se exhibeant, superiorum et loci ordinarii poenis perstringendi.

Legata, quoniam partim egestate eorum, apud quos collocata fuerunt, partim in cura collocantium et exigentium, magna ex parte deperierunt et aliqua hactenus officiose non sunt collocata. Monentur ii, quibus hoc incumbit, ut defunctorum intentioni, necessitati egentioris (vel maxime in xenodochio) proximi ac suo imprimis apud Deum invigilent merito. Vinum et ceram presbyteris ad tremendum missae sacrificium [30] accedentibus non denegentur.

Praesens reformationis decretum in foribus sacristiae ecclesiae collegiatae in Zamoscie sit semper affixum sub poenis arbitrio illmi et rdmi dni loci ordinarii infligendis. Actum in Zamoscie die veneris, quae fuit 6 maii, anno Domini 1633.

## Nr 26

## Erekcja kaplicy Przemienienia Pańskiego.

*Zamość, 17 III 1638.*

*Jan Sasin, wikariusz generalny diecezji chełmskiej, na prośbę Katarzyny z Ostroga Zamoyskiej, wdowy po ś.p. Tomaszu Zamoyskim, zatwierdza fundację prepozyta i kantora, kolegium wikariuszy (6-ciu) i 2 kleryków w kaplicy Przemienienia Pańskiego przy kolegiacie zamojskiej, wyznacza beneficjatom ich obowiązki i na prośbę prałata kustosza kapituły zamojskiej zmienia klauzulę dokumentu fundacyjnego, dotyczącą precedencji nowo kreowanych prałatów.*

Czps *ADL A nr 11. Acta iudiciaria et officialia dioecesis Chelmensis tempore Ioannis Sasin vicarii in spiritualibus Remigii Koniecpolski ep. Chelm. ab 25 I 1632*

*ad 12 X 1640. 406'—411'. Tytuł wpisu*: Approbatio fundationis capellae Transfigurationis Domini.

**Kop.**: 1. *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 119. Fundatio capellae Transfigurationis Domini in ecclesia collegiata Zamoscensi per Thomam Zamoyski 1601—1638 s. 1—12, 15—27 (Kopia z XVII w.).*— 2. *Nr 1. Iura et fundationes 1750 s. 8—21.*— 3. *ADL nr I-158. Decreta reformationis 1750—1751 s. 1574—1586.*— 4. *Nr 232. Liber privilegiorum 1696 et 1699 s. 54—70; tytuł wpisu*: Fundatio praepositi, cantoris etc. in capella Transfigurationis Domini.— 5. *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 120. Fundatio praepositi, cantoris, sex vicariorum et duorum clericorum in capella Transfigurationis Domini a.D. 1638 s. 1—7, 9—15 (Kopia z XVIII w.; wszystkie kopie wlg oryg.).*

Coram adm. rdo dno Ioanne Sasin canonico, vicario in spiritualibus et officiali generali Chelmensi [1], Potylicensi [2] et Skierbieszoviensi [3] praeposito, S.R.M. secretario, die 3 mensis praesentis Zamoscii personaliter comparens illma dna Catharina de Ostrog Zamoyska comitissa in Tarnow Regni Poloniae cancellaria, Knyszynensis, Sokaliensis etc. capitanea [4], exhibuit literas fundationis capellae Transfigurationis Domini in ecclesia collegiata Zamoscensi tituli Resurrectionis Domini et testis eius s. Thomae Apostoli sitae, erectionisque duorum praelatorum, praepositi videlicet et cantoris et sex vicariorum per illum piae memoriae dnum Thomam de Zamoscie Zamoyski supremum Regni cancellarium, generalem Cracoviensem, Knyszynensem, Sokaliensem, Rabstinensem, Neoforiensem capitaneum [5], coniugem suum die 5 martii anno Domini 1630 facta, manu ipsius propria subscriptas et sigillo communitas, petens cum debita instantia, quatenus eandem admittere, recipere, ac in omnibus illius punctis, clausulis, articulis, ac conditionibus universis approbare, confirmare ac robur firmitatis perpetuae desuper, ac decretum apponere immunitatique ecclesiasticae authoritate sua ordinaria adscribere dignaremur. Cuius fundationis tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

*(Następuje dokument Tomasza Zamoyskiego — nr 21).*

Post cuius fundationis, sicut praemissum est, exhibitionem, idem adm. rdus dnus officialis generalis Chelmensis, attenta iusta petitione praefatae illmae cancellariae fundationeque illmi olim dni fundatoris lecta, perlecta et bene trutinata, eaque pia et liberali satis adinventa, vigore specialis facultatis ad id ab illmo et rdmo dno Remigio a Koniecpole Koniecpolski Dei gratia episcopo Chelmensi, abbatiae Andreoviensis administratore perpetuo [6] obtentis, literas cridae pro more et consuetudine iurium ecclesiasticorum contra omnes et singulos, quomodo ad dictam fundationem pertinentes, vel se quovis modo pertinere putantes eidemque contradicere attendentes, extradidit, terminumque contradicendi peremptorium assignavit.

Quo quidem termino in diem hodiernam, vigore earundem cridae literarum legitime prout constitit exequutarum, incidente, clmus dnus Ioannes Iwaszkowicz [7] IUD personaliter constitutus petitionem nomine dictae illmae

---

[1] *Jan Sasin, zob. dokum. nr 22 przyp. 3.*

[2] *Potylicz, miasteczko w dawnej diecezji chełmskiej, w wojew. bełskim, obecnie w obwodzie lwowskim na Ukrainie Radzieckiej.*

[3] *Skierbieszów, wieś, pow. Zamość, wojew. lubelskie.*

[4] *Katarzyna z Ostroga Zamoyska, zob. dokum. nr 21 przyp. 4.*

[5] *Tomasz Zamoyski, zob. dokum. nr 8 przyp. 7.*

[6] *Remigiusz Koniecpolski, zob. dokum. nr 22 przyp. 4.*

[7] *Jan Iwaszkowicz, doktor obojga praw, zapewne z rodziny ormiańskiej występującej od początku XVII w.*

interposuit, quatenus omnes citati pro die hodierno et non comparentes contumaces reputarentur, et in eorum contumaciam praememorata fundatio illmi dni olim fundatoris approbaretur et confirmaretur. Ubi in continenti adm. rdus dnus Albertus Novicampianus, dictae ecclesiae collegiatae Zamoscensis custos [8], comparens petiit, ut certum punctum dictae fundationis, videlicet de loco praepositi ante eundem dnum custodem in stallo et in capitulo, non approbaretur eidem fundationi quoad hunc solummodo punctum contradicentis et praeiudicium sibi inferri praedictam fundationem praetendentis.

Et adm. rdus dnus, qui supra, postulationem adm. rdi dni custodis nondum ante investituram et erectionem novi praepositi locum habere posse et debere adinvenit, sed demum post investituram cum praeposito, si et in quantum de iure competierit, iure actumque debere decrevit, eundem nemine alio in termino hodierno post executionem dictarum literarum cridae praesentiarum, vel per plenipotentem comparentis, neque contradicentis, omnes citatos non comparentes contumaces pronuntiavit et in contumaciam illorum praedictam fundationem praepositi, cantoris et vicariorum in praememorata capella Transfigurationis Domini pro decantanda missa quavis die dominica vel festivitatibus maioribus non impedita, cum certis collectis, tum et officio defunctorum per certos nocturnos ac litanias de Omnibus Sanctis, alias iuxta intentionem dni fundatoris, in omnibus et singulis illius punctis, clausulis, conditionibus universis, exceptis iis, quae cum Missali et Breviario Romano non praemittentur, videlicet invitatorio ante unum nocturnum et epistola atque evangelio in missa mutandis, et quod commissarius spiritualis non saecularis ad exigendas rationes a rdo dne praelato in generali capitulo ecclesiae collegiatae Zamoscensi a dno patrono assignari debebit, consensu et speciali facultate illmi et adm. rdmi dni Remigii a Koniecpole Koniecpolski Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopi Chelmensis, abbatiae Andreoviensis administratoris perpetui, ad id accedente et obtinente, authoritate sua approbavit, confirmavit et ratificavit, approbataque, confirmata et ratificata, censumque supra expressum perpetuum et numquam amovibilem una cum summa capitali in eadem fundatione, tam pro dno praeposito, cantore, vicariis, clericis et mensa communi expressa, quam etiam pro necessitatibus dictae capellae, uti cera, vino, assignata, immunitati et libertati ecclesiasticae adscripsit, incorporavit et invisceravit, prout adscribit, incorporat eidemque robur perpetuae firmitatis adiicit ac praefatae capellae praeposito, cantori, vicariis et clericis addixit et addicit, eosdemque vicarios ad missas et officium defunctorum, nec non litaniarum decantandarum iuxta mentem et piam intentionem illmi piae memoriae dni fundatoris perpetuo obligavit et obligat. Acta sunt haec anno, mense, die et loco, quibus supra (Actum Zamoscii, die 17 mensis martii anno Domini 1638).

## Nr 27
## Fundacja 4 kanonii i 4 wikarii przy kolegiacie.

*Zamość, 24 XI 1638.*

*Katarzyna Zamoyska, wdowa po ś.p. Tomaszu, pragnąc wypełnić ostatnią wolę swego małżonka ufundowania w Zdanowie k. Zamościa klasztoru brygidek, za radą osób duchownych i świeckich, zapisuje wieś Pniówek i 10 tys. złp. dla kolegiaty i kaplicy p.w. Przemienienia Pańskiego w tejże kolegiacie.*

[8] *Wojciech Nowopolski, zob. dokum. nr 22 przyp. 11.*

*Na czynszach, płynących z nowej fundacji, ustanawia 4 kanonie gremialne w kapitule zamojskiej dla profesorów miejscowej akademii oraz 4 wikariuszy. Dla każdej z nowo ufundowanej kanonii fundatorka przeznacza 200 flor. rocznie, dla każdego zaś wikariusza — 160 flor.*

**Or.** *nieznany.*

**Kop.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 272: Liber documentorum seminarii clericorum Zamoscensis antiquae et novae fundationis, in quo est mentio de statu et vicissitudine eiusdem seminarii, tum denique cathalogus clericorum ab anno 1758 ad annum 1783 in seminario susceptorum invenitur s. 1—2.*

Catharina Zamoyska ducissa ab Ostrog, comitissa in Tarnow [1] ——. Significo praesentibus literis meis, quorum interest universis et singulis. Inter cetera desideria cordis mei hoc summe semper desideravi affectu, ut piae voluntati charissimi coniugis mei, quam decedendo ex hac vita mortali extremo elogio suo mihi testatum reliquit, in omnibus satisfacerem. Praecipue autem in eo, quod spectat ad incrementum gloriae divinae Majestatis, nec non ad salutem animarum, tam eius ipsius quam aliorum Christi fidelium. Cum autem inter cetera desideria et pia vota sua nihil antiquis habere me voluerit, quam ut post fata et decessum suum, ante omnia de erectione monasterii ordinis s. Birgittae [2] et fundatione monialium eiusdem regulae in pago Zdanow [3] proxime civitati Zamoscensi adiacente cogitarem, eius voluntati, ut satisfacerem quantum in me fuit, sategi. Nam et cum priorissis monasteriorum Lublinensis [4] et Sokaliensis [5] eiusdem ordinis aliisque senioribus consilia mea aliquoties contuli, obnixe petendo, ut in promovendo tam sancto proposito operam mihi suam navassent, offerendo certa media et subsidia ad hoc, tam in bonis immobilibus quam summis pecuniariis, quo facilius haec pia intentio charissimi maritis mei peroptatum suum sortiretur effectum. Verum cum praedictae personae ob certas causas hoc onus in se recipere recusarent, nec petitioni meae annuerent, ut desiderio et voluntati charissimi coniugis mei satisfacerem, praesertim cum hoc tendat ad divini cultus propagationem, nec non ad salutem animae coniugis mei aliorumque Christi fidelium, quibus omnibus consulere me tempestive oportebat; de consilio et assensu certarum personarum spiritualium, nec non saecularium mihi et charissimo marito meo addictorum, pagus Pniowek [6] nuncupatum, proxime civitati Zamoscensi situm, quem dilectus maritus meus coenobio ordinis s. Birgittae (si in loco praedicto Zdanow erectum fuisset) ultima sua voluntate legaverat cum omnibus fundis, nuper certis terminis, scopulis et signis per amicos certos limitatum ac determinatum, fructibus, proventibus eiusdem pagi ecclesiae collegiatae Zamoscensi, nec non capellae praedictae ecclesiae tituli Transfigurationi Domini, una cum summis pecuniariis, videlicet 10000 flor. polon. dandum et conferendum esse duxi, prout et praesentibus hisce do, dono et conferro titulo perpetuae et irrevocabilis donationis.

---

[1] *Katarzyna z Ostroga Zamoyska, zob. dok. nr 21 przyp. 4.*

[2] *Zakon Najśw. Odkupiciela czyli Brygidek założyła św. Brygida Szwedzka w 1346 r.; zatwierdził go pap. Urban V (1370) a potem Urban VI (1378) i nadał mu regułę augustiańską.*

[3] *Zdanów, wieś, pow. Zamość, woj. lubelskie.*

[4] *Klasztor brygidek w Lublinie założył król Władysław Jagiełło w 1426 r. jako wotum dziękczynne za zwycięstwo pod Grunwaldem. Klasztor został zniesiony w 1819 r.*

[5] *Klasztor brygidek w Sokalu n. Bugiem został założony przed 1638 r. Istniał jeszcze w r. 1779.* W. Chotkowski: *Historia polityczna Kościoła w Galicji za rządów Marii Teresy. T. 2. Kraków 1909 s. 512.*

[6] *Pniówek, wieś, pow. Zamość, woj. lubelskie.*

Ex quibus quidem proventibus, tam praedicti pagi Pniowek quam summis pecuniariis nimirum 10000 flor. polon., erigo et instituo in eadem ecclesia Zamoscensi quatuor canonicatus cum totidem canonicis, qui actu presbyteri sint, et ex gremio Academiae Zamoscensi de numero benemeritorum eligantur, assignando cuique illorum annui census nomine 200 flor. polon. Ut autem et praedicta capella Transfigurationis Domini frequentiori numero sacerdotum augeatur, qui divina officia in ea decantare possint, instituo ad eam quatuor vicarios actu presbyteros, quibus annui salarii nomine 160 flor. assigno, quorum muneris erit, ea omnia officia in praedicta capella praestare et decantare, quae alii vicarii ex praescripto et ordinatione charissimi coniugis mei facere nunc consueverunt. Canonicorum autem a me fundatorum, non aliud officium esse volo, quam ut ea omnia faciant et praestent, quae ceteri canonici olim a piae memoriae illmo dno Ioanne Zamoscio magno Regni Poloniae cancellario et exercituum generali praefecto [7], charissimi coniugis mei patre, viro dignissimo, fundati consueverunt. Pro quotidiano autem victu et congrua sustentatione praedictorum vicariorum quatuor assigno ex proventibus et fructibus praedicti pagi Pniowek flor. polon. 480, quos annuatim percipient, ex illisque mensam communem sibi in domo, quam ceteri vicarii eiusdem capellae inhabitant, providebunt.

Quae omnia et singula, ut secundum praescriptam hanc ordinationem meam suum sortiantur effectum, enixe omnes rogo, ut hanc voluntatem, ordinationem et fundationem meam in omnibus punctis inviolabiliter conservent. In cuius rei fidem — —. Datum Zamoscii die 24 mensis novembris anno Domini 1638.

## Nr 28

## Potwierdzenie zapisu na seminarium duchowne przy kolegiacie.

*Skierbieszów, 11 V 1639.*

*Jan Sasin, wikariusz generalny diecezji chełmskiej, zatwierdza zapis 3000 złp. ks. Bartłomieja Skrybaczowskiego, dziekana sokalskiego i proboszcza w Tartakowie, na rzecz 6 kleryków w seminarium duchownym przy kolegiacie w Zamościu. Klerycy ci, po otrzymaniu święceń kapłańskich, winni pracować w duszpasterstwie w diecezji chełmskiej. Powyższą sumę zabezpiecza donator na wsi Tartaków, będącej własnością Trzcińskich.*

**Czps** *ADL A nr 111: Acta iudiciaria et officialia dioecesis Chelmensis tempore Ioannis Sasin vicarii in spiritualibus R.D. Remigii Koniecpolski episcopi Chelmensis ab 25 I 1632 ad 12 X 1960 k. 444—445. Tytuł wpisu:* Admittitur fundatio seminaristarum.
**Kop.** *ADL Nr I—158: Decreta reformationum 1750—1751 s. 1663—1665.*

Coram adm. rdo dno Ioanne Sasin UID canonico, vicario in spiritualibus et officiali generali Chelmensi [1], praeposito Potelicensi et Skierbieszoviensi, S.R.M. secretario et actis consistorii Chelmensis, praesentibus rdis et vblibus Simone Turski Uhrynoviensi [2], Nicolao Sokołek Stoianoviensi [3], Andrea Wit-

[7] *Jan Zamoyski, zob. dok. nr 1 przyp. 2.*

[1] *Jan Sasin, zob. dok. nr 22 przyp. 3.*
[2] *Uhrynów, parafia w dawnej diecezji chełmskiej, w dekanacie bełskim, obecnie wieś w obwodzie lwowskim na Ukrainie Radzieckiej.*
[3] *Stojanów, parafia w dawnej diecezji chełmskiej, w dekanacie bełskim, obecnie w obwodzie lwowskim na Ukrainie.*

kowicz Warącensi [4], parochis, Alberto Raczyński et Iacobo Matuszkiewicz vicariis Skierbieszoviensibus [5], excelmo Stanislao Turzycki artium et philosophiae bacalaureo Academiae Zamoscensis professore [6], personaliter constitutus rdus dnus Bartholomaeus Skrybaczowski [7] decanus ruralis Socaliensis [8], parochus Tartokoviensis [9] sanus —— recognovit.

Quod ille zelo pietatis ductus, saluti animae suae consulere et inclytae Academiae Zamoscensis, uti alumnus matris suae gratitudinem exhibere, et iuventutem artibus humanis (quo commodius Deo optimo eiusque sanctae Ecclesiae et Reipublicae inservire possit) a teneris imbui et informari volens, de bonis temporalibus sibi a Deo optimo maximo concreditis summam 3000 flor. polon. in vim perpetui census ad alendum in seminario Zamoscensi certum numerum scholarum, ingenio et diligentia in discendo praestantium (ex quibus aliqui successive iuxta uniuscuiusque aetatem et qualitatem ad sacros ordines promoveri et post susceptos ad officia et munia ecclesiastica ni ecclesia cathedrali Crasnostaviensi [10] et beneficia in dioecesi Chelmensi providi possint) dat, donat et actis praesentibus Consistorii inscribit et eandem inscriptionem actis castrensibus seu terrestribus Bełsensibus ingrossandum et inducendum (idque quam citissime et commodissime poterit) sese obligat. Et quoniam summa suscepta 3000 flor. polon. apud gnosam dnam Elisabetham Trzcinska de Rzeczyca, dnam advitalem et reformatoriam cum consensu, inscriptione reali olim gnosi Thomae et Georgii Trzcinskich [11] eiusdem villae haeredum, super certa sorte villae Tartakow et aliarum eo pertinentium collocata est et actis castrensibus Bełsensibus inscripta, hoc sibi idem dnus parochus reservat, ut dum vita superstes ipsius fuerit, censum ex dicta summa provenientem nimirum florenos 60 pro sex alumnis initio cuiusvis tremestris se pensurum, et ad manus mgnici rectoris Academiae Zamoscensis extraditurum obligat et inscribit. Cui quidem fundationi et piae intentioni rdus dnus decanus Socaliensis quantocius satisfieri cupiens, in festo Pentecostes primo anni praesentis primam ratam ad manus mgnici dni rectoris se remissurum promisit pro scholaribus seu studentibus cum scitu adm. rdi dni officialis generalis Chelmensis, qui una cum mgnico rectore iuxta intentionem fundatoris eosdem eliget et assignabit, singulis diebus sabbathi distribuendorum.

Praefati vero studiosi pensionem ex praefato censu annuo percipientes, singulis sextis feriis quinquies orationem Dominicam cum salutatione ange-

---

[4] *Waręż, parafia w dawnej diecezji chełmskiej, w dekanacie bełskim, obecnie miasteczko w obwodzie lwowskim na Ukrainie Radzieckiej.*

[5] *Skierbieszów, zob. dok. nr 26 przyp. 3.*

[6] *Stanisław Turzycki, doktor filozofii, profesor poetyki (1637) i historii na Akademii Zamojskiej, proboszcz w Łukowej. Zmarł w 1647 r. Wiadomość o profesorach s. 40, 117.*

[7] *Bartłomiej Skrybaczowski, fundator stypendiów dla ubogiej młodzieży duchownej, dziekan sokalski i proboszcz w Tartakowie w diecezji chełmskiej. Wiadomość o profesorach s. 90, 131, 221.*

[8] *Sokal, miasteczko, parafia i siedziba dekanatu w dawnej diecezji chełmskiej, obecnie w obwodzie lwowskim na Ukrainie.*

[9] *Tartaków, miasteczko, parafia w dawnej diecezji chełmskiej, obecnie w obwodzie lwowskim na Ukrainie Radzieckiej.*

[10] *Krasnystaw, miasto powiatowe w woj. lubelskim; od 1490 r. w tym mieście była katedra i rezydencja biskupów chełmskich.*

[11] *Trzcińska Elżbieta, Tomasz i Jerzy h. Ślepowron. Jerzy był właścicielem dóbr Trzciniec w pow. urzędowskim, w woj. lubelskim.* K. Niesiecki: *Herbarz polski. Wyd.* J. N. Bobrowicz. *T. 4. Lipsk 1842 s. 128.*— J.K. Kochanowski: *Dzieje Akademii Zamojskiej (1594—1784). Kraków 1899—1900 s. 100.*

lica et unum symbolum Apostolorum pro peccatis fundatoris, durante ipsius vita, post sera vero eius fata pro anima eiusdem in memoriam quinque vulnerum Passionis Domini nostri Iesu Christi recitabunt. Ne autem praefati studiosi otio torpescant, sed diligentiorem studiis honestissime in Academia Zamoscensi navent operam, iisdem privatus praeceptor ex dnis professoribus a mgnico dno rectore vel excelmo dno decano eiusdem Academiae assignabitur. Qui, ut omnimodam in pietate audiendis lectionibus et exercitio in stylo adhibeant diligentiam, sedulo animadvertet et pro laboribus mercedem a Deo optimo maximo uberrimam et ex memorato censu portionem una cum studiosis quovis die sabbathi recepturus. Et tametsi praefatus rdus fundator non affectat utilitatem popularem, sed in redemptionem suorum peccatorum et ad augendum cultum divinum pro posse suo praemissa fecit, nihilominus (quorum alii quoque seminaristae sunt per Dei gratiam in eadem Academia Zamoscensi et postmodum per aliquam piam personam fundari) cupit, ut sui seminaristae praesentibus Scribacoviani nuncupantur. Maiorem gratiam iisdem studiosis, ubi ex eorum pietate, diligentia et exercitio caeperit laetitiam et consolationem et aliis pluribus, Deo adiuvante, brevi exhibiturus. Ne autem per aliquam temporum iniuriam praedicta fundatio depereat, illmum et rdmum dnum loci ordinarium et vble capitulum Chelmense eiusdem fundationis patronos assignavit et assignat.

## Nr 29
## Fundacja seminarium duchownego przy kolegiacie.

*Zamość, 1639.*

**Or.** *nieznany.*
**Kop.:** **1.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 1: Iura et fundationes 1750 s. 23—25; tytuł wpisu: Documenta seminarii antiquioris.*— **2.** *Nr 272: Liber documentorum seminarii clericorum Zamoscensis s. 7—8 (Kopia z XVIII w.).*— **3.** *ADL Nr I—158: Decreta reformationum 1750—1751 s. 1587—1588.*

Katarzyna Zamoyska z Ostroga, hrabina na Tarnowie[1] ——. Oznajmuję tym pismem moim —— komu by to wiedzieć należało. Iż ja, przychylając się do woli i świątobliwego przedsięwzięcia ś.p. niegdy JW. Imci Pana Tomasza Zamoyskiego na Zamościu, hrabi na Tarnowie[2], kanclerza wielkiego koronnego, generała krakowskiego, knyszyńskiego, sokalskiego, rabsztyńskiego, nowotarskiego etc. starosty, małżonka i dobrodzieja mojego, który sądząc się in intencyi i sławnej pamięci nieboszczyka JW. Imci Pana Jana Zamoyskiego, kanclerza i hetmana wielkiego koronnego, ojca swego[3], skłaniającej się do tego, aby klasztor panien zakonnych Brygidy św. we wsi Zdanowie[4] tu pod Zamościem fundowany był i 10 tys. złp. z dóbr własnych na to legował, z osobna wieś Pniówek[5], którego połowę kupiwszy nieboszczka pani Działyńska podczaszyna koronna[6], ciotka nieboszczyka ś.p. pana małżonka, dobrodzieja mojego, zapłaciwszy, przy tejże fundacyi mieć chciała, a mając już deklaracyją rzetelną panien zakonnych, którym koncylia różne rezyden-

[1] *Katarzyna z Ostroga Zamoyska, zob. dok. nr 21 przyp. 4.*
[2] *Tomasz Zamoyski, zob. dok. nr 8 przyp. 7.*
[3] *Jan Zamoyski, zob. dok. nr 1 przyp. 2.*
[4] *Zdanów, zob. dok. nr 27 przyp. 3.*
[5] *Pniówek, zob. dok. nr 27 przyp. 6.*
[6] *Zofia Zamoyska, żona Łukasza Działyńskiego h. Ogończyk (1580), podczaszego koronnego. Zmarła w 1604 r. W. Dworzaczek, jw. tabl. 115.*

cyjej na wsiach zabraniają, że tej fundacyjej przyjąć nie mogą. Więc bacząc i to, że przedsięwzięcie świątobliwe nieboszczyka pana, małżonka i dobrodzieja mojego, dla tej przyczyny skutku takiego, jaki on chciał, aby był egzekwowany, wziąć nie mogło, chcąc jednak, aby według woli nieboszczykowskiej na pomnożenie chwały Bożej i zbawienie dusze tak nieboszczyka Imć Pana małżonka i dobrodzieja mego, jako też rodziców jego, tudzież przodków moich i mnie samej, to się seminaryjum młodzieńców do stanu kapłańskiego biorących się i sposobiących się ufundowanemu, tak te 10 tysięcy zł jako i pół Pniówka daję, daruję. A na sposobniejsze ich wychowanie i drugą połowę tegoż Pniówka temuż seminaryjum, według granic przez komisarzów moich świeżo uczynionych, ze wszystkimi przyległościami do tej wioski należącemi in perpetuum daję. Te zaś 10 tys. zł tak im ordynuję, że wójtostwo w Kawęczynie[7], które siedmiu tysięcy od pewnych dłużników Piotra Kołowskiego[8] okupiłam i za 3 tys. zł folwark pod miastem Zamościem kupić obiecuję, onym wiecznymi czasy należeć będą. W czym i potomki moje tymże skryptem moim obowiązuję, żeby tę moją darowiznę nienaruszenie trzymali, ani im żadnego impedymentu w dobrach tych czynili, i owszem warunek dostateczny na dobrach moich ręczę, co trzymać będą powinni potomkowie moi pod szkodami ziemskiemi, jakieby sobie seminaryjum albo dozory jego szacowali.

Które to seminaryjum w jakim porządku i powinności zostawać będzie i pożytki z tych majętności takim sposobem obracać się będą, osobną moją ordynacyją uczyniwszy i własną ręką podpiszawszy do tej mojej teraźniejszej donacyjej stosuje i wiążę. Która takiej wagi chcę mieć, jakoby wyrazić od słowa do słowa było wpisane i aby we wszystkich punktach, klauzulach i kondycyjach, jakoby się tam w tej ordynacyjej wypisze, we wszystkim się zachowali i onę trzymali, obowiązuję ich. A jeśliby się w czym ordynacyi mojej niedosyć zostało, czego się za każdy rok provisores tego seminaryjum przede mną, albo moim delegatem na św. Marcin, a po śmierci mojej przed panem dziedzicem na Zamościu, albo jego namiestnikiem, sprawować będą powinni. Tedy zostawuję sobie całą władzą i moim potomkom tą moją ordynacyją i donacyją odmienić i rządu około tego seminaryjum poprawić. Na co dla większej wagi ręką własną podpisuję i pieczęć przycisnąć rozkazałam. Działo się w Zamościu dnia ... miesiąca ... roku Pańskiego 1639. Katarzyna Zamoyska.

## Nr 30

### Fundacja seminarium duchownego w Zamościu.

*Zamość, 20 III 1640.*

*Katarzyna z Ostroga Zamoyska, wypełniając wolę swego męża ś.p. Tomasza, za poradą biskupa chełmskiego Koniecpolskiego, uposaża dla 12 kleryków seminarium duchowne w Zamościu, przy kolegiacie i tutejszej akademii, p.w. Niepokalanego Poczęcia NMP. Na uposażenie tegoż seminarium przeznacza wieś Pniówek i sołectwo Kawęczyn, przynoszące łącznie 2000 złp. rocznego dochodu. Administrację seminarium powierza fundatorka kapitule kolegiackiej. Do seminarium należy przyjmować kandydatów pochodzących z ordynacji zamojskiej, którzy zobowiążą się do pracy duszpasterskiej przez*

[7] *Kawęczyn, pow. Zamość, woj. lubelskie.*

[8] *Piotr Kołowski, bliżej nieznany, zapewne z rodziny Kołowskich na Rusi Czerwonej.*

*trzy lata po otrzymaniu święceń przy kolegiacie w Zamościu. Równocześnie fundatorka wydaje ordynację dla tegoż seminarium, do której dołączono „Kondycyje na fundowanie seminarium".*

**Or.** *nieznany.*
**Kop.:** **1.** *ADL A nr 111: Acta iudiciaria et officialia dioecesis Chelmensis tempore Ioannis Sasin vicarii in spiritualibus R.D. Remigii Koniecpolski ep. Chelm. ab 25 I 1632 ad 12 X 1640 k. 546'—549. Tytuł wpisu:* Fundatio approbatur seminarii Zamoscensis *(Transumpt wlg oryginału w dokumencie erekcyjnym seminarium ks. Jana Sasina z 10 IX 1640).*— **2.** *ADL Nr 232: Liber privilegiorum 1696 et 1699 s. 31—35, 41—47 (W transumpcie Jana Zamoyskiego z 12 III 1665 wlg oblaty do Castr. Crasnostav.).*— **3.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 1: Iura et fundationes 1750 s. 26—32; tytuł wpisu:* Fundatio seminarii XII clericorum in Pniowek.— **4.** *Nr 272: Liber documentorum seminarii clericorum Zamoscensis s. 2—4, 8—10 (Obydwie kopie wlg kop. 2).*— **5.** *ADL Nr I—158: Decreta reformationum 1750—1751 s. 1589—1594.*— **6.** *Nr I—152: Acta visitationum 1714—1717 k. 373'—378 (Obydwie kopie wlg kop. 1).*— **7.** *Bibl. PAN Kraków. Sygn. 2383/I: Documenta ad civitatem 1580—1782 s. 166—171 (Wlg kopii 3).*

In nomine Domini amen. Catharina ab Ostrog Zamoyska comitissa in Tarnow et Jarosław [1] —— illmi piae memoriae Thomae in Zamoście Zamoyski [2] supremi Regni cancellarii coniux eiusdemque ultimae voluntatis executrix.

Cum ad cultum Dei praepotentis promovendum et obsequium ei religiosissime praestandum primo et potissimo iure omnes teneamur, satagendum vel ego maxime duxi, ut mentis meae innumeris obstrictae Dei beneficiis, debitam palam exhibeam gratitudinem, quo ampliora de mirificae bonitatis divinae thesauro promere merear. Siquidem cum omnia Dei in me beneficia largiter collata intra cordis mei arcana diligentius resolvo, non postremo loco illud mihi divina benignitate oblatum esse agnosco, quod summa honorum et operum ex copiosa Dei ter optimi maximi benedictione affluentia, inclyti coniugis consortium nacta fuerim. Quamvis autem acerbiore meo facta in id oneris et opera inducta sim, ut pia eius vota, nec non extremae voluntatis edicta sacrosancte exequi debeam, obsequenti tamen promptoque ad id suscipiendum studiose feror animo, eo quod divini cultus propagatio, tam illius, quam meis haereditariis redditibus locupletata, non mediocre sumptura sit inde actuarium.

Cum igitur is desideratissimus (cuius anima sit in benedictione) coniux meus 10000 flor. pro extruendo monasterio sanctimonialium s. Birgittae in villa Zdanow [3] prope Zamoscium destinasset ac praedium cum villa dicta Pniowek [4] eidem monasterio adiungere proposuisset, illud tamen suae [a] voluntatis institutum nequaquam suum effectum sortiri potuisset, eo quod extra moenia per decreta sacrosancti concilii Tridentini non liceat ullo modo erigere [5], ipsaeque sanctimoniales illo se loco consistere nequivisse probarent, authoritate illmi et rdmi dni Remigii a Koniecpole Koniecpolski episcopi Chelmensis [6] ad id intercedente in eam ex assensu dnorum contutorum meo-

---

[a] *kop. 7* piae.
[1] *Katarzyna Zamoyska, zob. dok. nr 21 przyp. 4.*
[2] *Tomasz Zamoyski, zob. dok. nr 8 przyp. 7.*
[3] *Zdanów, zob. dok. nr 27 przyp. 3.*
[4] *Pniówek, zob. dok. nr 27 przyp. 6.*
[5] *Sobór trydencki na sesji 25 w dniach 3 i 4 XII 1563 r. zakazał zakładania klasztorów żeńskich poza murami miast, dawne zaś klasztory istniejące poza murami miejskimi polecił przenieść w ich obręb. Concilii Tridentini canones et decreta. Ed. G.* Smeth. *Bielefeld 1858 s. 170 (Sess. XXV De regular, et monial. cap. 5).*
[6] *Remigiusz Koniecpolski, zob. dok. nr 22 przyp. 4.*

rum piae voluntatis et dispositionis coniugis mei optatissimi commutationem concessi, ut in locum destinati ab ipso monasterii seminarium clericorum penes Ecclesiam Collegiatam et Academiam Zamoscensem pro usu et ministerio ecclesiae Zamoscensis sub titulo Immaculatae Conceptionis BMV erigeretur, ac de facto institueretur. Quod quidem pium institutum cum illmi coniugis mei, tum quoque meum, ut tanto citius optatum finem consequatur, placuit dictam villam Pniowek et scultetiam Kawęczyn [7], versus Szczebrzesinum [8] sitam, meisque sumptibus comparatam cum omnibus redditibus suis ei usu [b] perpetuo applicare, summamque 2000 flor., que quotannis ex praefatis bonis pendi et de facto numerari debet, curae et administrationi vblis capituli, adhibito academiae rectore consignare, prout eandem de facto consigno iusque omne cum omni utilitate dictorum praediorum praefato seminario do, trado et resigno. Id potissimum in votis habens, ut dictum capitulum pro eo, quod fertur erga bonum Ecclesiae studio sedulo, provideat, quatenus eiusmodi seminarium sic a me erectum et fundatum, omnem sufficientiam pro viribus reddituum dictarum villarum semper et continuo habere possit. In quo studio meo erga ecclesiam hanc, quam optime promovendo, conscientiam rectorum et administratorum omnium et singulorum toties dicti seminarii coram Deo obligatam haberi volo.

Ac imprimis quidem seminarium hoc a me erectum et fundatum ita institui volo, ut in eo praefectus seminarii et duodecim perpetuo maneant clerici, qui Zamoscio et aliis oppidis villisque ad dominium Zamoscense pertinentibus, sive etiam ex bonis meis haereditariis, debent esse oriundi. Quodsi horum copia non suppetat, etiam extraneis locus dari poterit. Antequam autem illi recipientur, ab aliquo melioris notae viro adm. rdo dno decano ac rectori praesentabuntur, qui eodem tempore ab iisdem examinandi erunt de ortu legitimo, de aetate competenti, qua vigesimum attingere annum debebit, de sufficientia doctrinae, quae ad casus conscientiae audiendos, ceterasque graviores lectiones idonea sit. Quae singula requisita, ubi in illis reperta fuerint, non prius ad seminarium recipiantur, donec iurato promiserint se iuxta leges seminarii victuros, et ubi omnes ordinum sacrorum gradus assecuti fuerint, triennio ecclesiae collegiatae inservientes, nec locum deserturos, nisi cum scitu et consensu rdi dni loci ordinarii, aut illius officialis et literis commendatitiis vblis capituli Zamoscensi, promovendi erunt ad ordines sacros provisionem praecipue cappellae Transfigurationis Domini, tam vicariatus et mansionariatus eiusdem ecclesiae, quas provisiones literas [c] exigente ministeriorum dictae capellae et ecclesiae necessitate ordinandis vble capitulum dare debebit. Recepti ad seminarium clerici statim tonsuram deferent et habitum clericalem assument, neque comam promissam ullo modo nutrient, quae statum sacerdotalem minime decet. Omnes quicumque ad seminarium recipientur, id vel maxime curabunt, ut convenientem suo statui vitam agant, neque se ullis saecularibus negotiis implicent, verum omnia exercitia eo conferant, ut digne Deo servire eiusque laudem promovere possint. Quodsi aliqui reperti fuerint huiusmodi, qui conditionis suae immemores aliquid indignum suo statu clericali egerınt, a praefecto seminarii punientur. In gravioribus iudicio vblis capituli subiacebunt. Toto eo [d] tempore, quo in semi-

---

b *kop. 1* usui.

c *kop. 7* litteras.

d *Brak w kop. 7.*

7 *Kawęczyn, zob. dok. nr 29 przyp. 7.*

8 *Szczebrzeszyn, zob. dok. nr 6 przyp. 13.*

nario vivent literisque dabunt operam, etiam ab occupationibus et officiis liberi erunt, nisi sollenis actus quispiam egeat, quem tamen absque consensu praefecti seminarii nequaquam suscipient. Diebus tamen dominicis et diebus festis solemnibus (qualis sunt Paschatis, Natalitiorum Christi, Ascensionis, Pentecostes, Beatae Mariae Virginis, Apostolorum et Martyrum item feriae Hebdomadae Magnae), tam missae quam vesperarum tempore, ante altare maius ordine superpelliciati stabunt, processioni, thurificationi altarium et aliis caeremoniis non tantum praesentia, verum etiam opera, obsequiisque aderunt. In anniversariis item dierum obitus et depositionis illmi piae memoriae Ioannis Zamoyski exercituum generalis praefecti[9] et illmi filii eius Thomae Zamoyski supremi Regni cancellariorum et fundatorum cum aliis sacerdotibus altari assistent, idemque obsequium praestabunt, dum voluntate divina ex hac mortali vita ad immortalem transiero, corpusque meum sepulturae traditum fuerit, sacrum etiam primarium quotidie audient, quo peracto lectionibus sibi assignatis publice et privatim vacabunt, in quorum negligentiam praefectus seminarii animadverteret. Quolibet vero quartuali adm. rdus dnus decanus, vel cuius opera ille usus fuerit, cum rectore academiae, adhibitis etiam (si opus fuerit) aliquibus canonicis, vel praelatis ex vbli capitulo, in seminarium descendent, ibidemque in praesentia praefecti seminarii profectus in divinis exercitiis ceterisque disciplinis periculum facient. Quodsi aliquos adeo ignaros aut negligentes adverterint, ut modica sit spes ecclesiae Zamoscensi usui futuros, vel etiam si morum corruptores, discoles et inobedientes esse cognoverint, eos in praesentia sua monere, corrigere et, nisi resipuerint, ex seminario excludere curabunt, quo facilius, omnibus impedimentis sublatis, dignos ecclesie Zamoscensis sacerdotes seminarium praedictum suppeditare possit.

Obligantur iidem clerici, ut se in stylo saltem diebus vigiliarum, feriis quintis et diebus sabbathi a prandiis exerceant, ut etiam, cum opus fuerit, concionatorum munus obeant, seque ad parochiam, si quae cui a quopiam offerentur, tempestive disponant. Cumputum quoque ecclesiasticum diebus sabbathi discant est necesse idque mane, a prandiis vero musicae curabunt, pro quo quidem labore, qui computum praeleget iustum et pro facultatibus seminarii salarium a praefecto seminarii accipiet, sicut et musices praeceptor. Iidem tenebuntur clerici ad prandium et coenam aliqua exercitia spiritualia praelegere et audire, neque solum corpus alimentis, verum etiam animam caelesti doctrina satiare. Proinde aequissimum videtur et pietati maxime consentaneum, ut ad mensam triplex lectio per alternas vices instituatur; prima quidem — caput aliquod ex Sacra Pagina, secunda — vitae Sanctorum aut annales Ecclesiae, tertia — authores aliqui sacri, qui profectum spiritualem iuvent, cuius rei periculum praefectus seminarii, recreationis causa prandio absoluto, ad mensam facere pro arbitrio poterit. Silentium toto tempore prandii et coenae servabitur, nisi a praefecto seminarii idipsum dispensatum fuerit. Locum ad mensam eum unusquisque tenebit, quem gradus superior ordinis, vel etiam antiquior vocatio, requisiverit, pares vero clerici iudicio praefecti subiacebunt. Singuli omnino saltem semel mensibus singulis confiteri et Ssmam Eucharistiam simul ante maius altare sumant; est necesse, quod ipsum solemnioribus festis faciant. Ad ordines sacros non prius admittendi erunt, nisi profectus spiritualis ac scientiae indicia coram vble capitulo domonstraverint. Presbyteri facti, non amplius ad iurisdictionem

[9] *Jan Zamoyski, zob. dok. nr 1 przyp. 2.*

praefecti seminarii pertinebunt, sed locum (si vacaverit) in sacello Transfigurationis Dominicae sortientur. Quodsi plenarius ibidem sacerdotum numerus fuerit, tunc eo ministerium suum offerent, ubi a vble capitulo in eadem ecclesia positi fuerint, saltem ut ecclesiae Zamoscensi triennio pro iusto salario operam suam exhibeant. Presbyteri facti, gratitudinis ergo decem sacrificia propitiatoria pro vivis et defunctis benefactoribus Deo offere tenebuntur, ut sic pietatem erga fundatores dicti seminarii palam testentur.

Praefectus seminarii legitime ab adm. rdo dno scholastico et rectore Zamoscensi vocatus et capitulo vbli praesentatus (non nisi doctor theologiae aut iuris canonici), iuramento super officio professionis suae praestito, una cum clericis in seminario habitabit, cuiusque munus erit lectiones casuum conscientiae, iuxta ordinationem de eo peculialiter in instrumento expressam, in academia bis quolibet die pro festo perlegere, exercitia item privata et publica more aliorum professorum academiae ex ordine instituere, exceptis repetitionibus privatis, quas idem in seminario haud quaquam negliget. Idem professor casuum appellabitur et locum inter adm. professores publicos, professioni suae convenientem in academia et ubique sortietur iuxta decisionem Vblis Capituli et Universitatis Zamoscensis. Insuper idem professor omnium rerum curam in seminario habebit, tam clericorum ut diligenter studia tractent, et omnia iuxta praescriptum legum et specialem ordinationem quotidie exequantur, et pro sua conditione iuvant, quam alimentorum, commodae habitationis, amictus, aliarumque rerum omnium. Pro his autem officiis et pro lectione casuum 300 flor. singulis annis ıpse habebit, reliquum autem pecuniae ex annis praedictarum villarum redditus provenientis, ultra id, quod praeceptoribus musicae et computum, loco praemii supra assignatum est, in usum mensae communis clericorum, cuius ipse praecipua pars erit, tum alias necessitates prudenter dispensabit, rationes expensorum singulis sabbathis una cum duobus clericis senioribus a dispensatore exquiret et subscribet, subscriptaque Vbli Capitulo Zamoscensi immediate post Dominicam in Albis quolibet anno exhibebit, a quo annuae dispensationis suae approbationem quietationemque recipiet. Liberum autem erit vbli capitulo una cum rectore academiae et seminarii praefecto de bono regımine seminarii, ac institutione clericorum quoties opus fuerit consilia mutuo conferre, et quod ex re ac commodo visum erit, cum scitu et consensu patroni constituere, modo nihil intentioni ac obligationi meae ac aliorumque fundatorum, superius expressorum, derogetur, in quo conscientias ipsorum oneratas esse volo. Haec autem omnia a me praescripta in fundatione seminarii, ut tanto maius robur authoritatemque habeant, mature studio illmi ac rdmi dni Remigii a Koniecpole Koniecpolski episcopi Chelmensis, abbatiae Andreoviensis perpetui administratoris subiicio et commendo. In quorum fidem — —. Datum Zamoscii 20 martii anno 1640. Katarzyna Zamoyska z Ostroga mp.

Kodycylle na fundowanie seminarium clericorum w Zamościu[10].

1. Do seminarium przyjmować tylko takich studentów, którzy by w stanie kapłańskim Panu Bogu służyć chcieli.
2. Ci studenci mają bydź osobliwie z Zamościa i inszych okolicznych miast i wsi do Państwa Zamojskiego należących, a gdyby tych nie stało, tedy i skąd indąd.
3. Ma imć rektor Akademijej Zamojskiej kapitule tutejszej prezentować i zalecić, a kapituła, uznawszy sposobność ich i przystojne obyczaje, ma je do semi-

[10] *„Kodycylle" podano łącznie z dokumentem fundacyjnym, ponieważ należą do niego i stanowią jego część integralną. Wszystkie też kopie posiadają łącznie obydwa dokumenty.*

narium, wezwawszy do siebie prowizora, albo kasisty, pod zawiadywanie i ćwiczenie oddać.

4 Żadnego nie przyjmować, który by przynajmniej dwudziestu lat nie miał, a to gwoli temu, zeby się prędzej na służbę kościelną wygotować mógł.

5. Egzamen jego w kapitule przy panu rektorze bydź ma, która taka ma się w nim znajdować [nauka], zeby do słuchania dialektyki, rethoryki i casus sposobny bydź mógł.

6. Każdy z nich wstępując do seminarium ma przed kasistą albo prowizorem na to przysiąc, ze wedle praw i ustaw opisanych w seminarium ma sobie postępować, posłuszeństwo swemu przełozonemu w rzeczach dobrych oddawać, nauk sobie naznaczonych pilnie słuchać. Do służby Bozej przy kościele zamojskim, lubo w chórze wielkim, lubo w kaplicy Przemienienia Pańskiego, lubo na kursie na trzy lata kapłanem zostawszy obligować się, z wolnością odmiany miejsca i kondycyjej po wyjściu zupełnym trzech lat, jeżeliby sobie tu służby nie upodobał i na większą kondycyją postąpił, czego jednak nie ma czynić bez wiadomości i konsensu kapituły i bez listu świadecznego uwalniającego od służby. Za fundatory, dobrodzieje swoje przy modlitwach i ofiarach przenajświętszych Pana Boga zawsze prosić.

7. Nauki tych seminarystów kapituła z rektorem i dziekanem akademijej sporządzić przystojnie i spisać ma, a profesor albo doktor, albo kasista tego[e] przestrzegać będzie, zeby się tej ordynacyjej od kazdego z seminarystów dosyć stało, karność wszelaką nad niemi mając, a w czym by rady nie mógł sam dać, w tym się do kapituły i do rektora ma referować.

8. Prowizor albo przełożony tez w seminarium ma bydź w piśmie świętym, albo w prawie duchownym nauczony i promowany doktor, który by w akademijej dla seminarystów, inszych studentów casus, albo lekcyje o porządnym szafowaniu i sprawowaniu sakramentów, także w obrządkach kościelnych i powinnościach kapłańskich wedle porządku kapituły i akademijej opisanego czytał z gotowością i pilnością wielką, na co ma jako insi profesorowie następując na św. profesyję iurament uczynić i pod jurysdykcją akademicką żyć i we wszystkim podlegać, którego w czytaniu lekcyi urząd akademicki, to jest scholastyk, rektor i dziekan akademijej powinien będzie obserwować i negligentias jego i inszych profesorów, jezeli jakie będą, karać.

9. Tenże kasista może się profesorem casus i akademickiem zwać i miejsce wedle godności albo profesyjej swojej tak w akademijej jakoby gdzie indziej między profesorami mieć. Mógłby dla powagi więtszej i dla ozdoby kościoła zamojskiego miejsce ostatnie w kapitule otrzymać.

10. Tenze doktor przełozony nad seminarystami będzie powinien exercitia privata i publica w profesyjej swojej, tak jako insi profesorowie, gdy kolej[f] nań przyjdzie odprawować, takze i speciminów dorocznych nie zaniedbywać wedle zwyczaju tej akademijej.

11. Na każdy kwartał dwie osoby z kapituły a dwie z akademijej, mianowicie rektor z dziekanem mają do seminarium chodzić i examen, albo próbę nauk i postępku w seminarystach przy doktorze ich uczynić, zabiegając temu, aby żaden z nich siebie ani kosztu nie zawodził.

12. Ciz seminarystowie mają się cantu choralnego wszyscy uczyć w seminarium, tak zeby wszystkie antyfony, responsoryja, prefacyje i insze śpiewania i officia kościelne, tak zaranne jak i nieszporne, umieli i w nich się obierali, na co ma bydź osobny czas ustanowiony.

13. Powinni wszyscy w seminarium w habicie przystojnym kleryckim chodzić, to jest w sutannie sukiennej i czarnej w rewerendzie, nic świeckiego[g] i światowego (choćby którego z nich na to stać mogło) nie pokazując po sobie, ale wszystko do statku i powinności akomodować[h], nosząc znak duchowny na głowie swojej zaraz po otrzymaniu pierwszego święcenia, chroniąc się zapuszczenia włosów długich na głowie, kapłańskiemu stanowi mniej przystojnego.

14. Póki w seminarium uczyć się będą, zadnymi posługami i zabawami kościelnymi od nauk zwyczajnych (chybaby jaki akt solenny tego potrzebował) odrywać, ani się ich bez konsensu prowizora swego podejmować, wyjąwszy święta chwa-

e *kop. 1* jego.
f *kop. 1* kolij.
g *kop. 1* świetnego.
h *kop. 1* accomodować.

lebne uroczyste, takze i niedziele, także i nabożeństwo wielkotygodniowe, w które czasy, tak przez msze św. jako i nieszpory, przed ołtarzem wielkim w komżach porządkiem stać, procesyjej, kadzenia ołtarzów i inszych ceremonii usługą swoją dopomagać wedle zwyczajów kościołów inszych.

15. Prowizor ma tego przestrzegać, żeby razem wszyscy mszy świętej prymaryjej słuchali, co miesiąc raz się spowiadali i na mszy wielkiej u ołtarza wielkiego komunikowali, spowiednika im jednego naznaczywszy.

16. Każdy seminarysta zostawszy kapłanem i pierwszą mszę odprawiwszy, ma się jąć służby przy kościele farnym zamojskim ,do którego wola i upodobanie fundatora i starszych, jego obroki, nie należąc juz nic do seminarium, ale cale przystąpić na kondycyją kościelną, której salarium względem prac swoich do słusznego czasu kontentować się będzie.

17. Wspólny stół ma bydź dla wszystkich, tak dla kasisty, jako i seminarystów, lecz dla kasisty jedna potrawka do korzenia osobna bydź ma i co drugiego. A dla seminarystów sztuka mięsa na obiad i jarzyna. Pieczenia i kasza na wieczerzą, czym się i kasista kontentować ma, przydawszy co trzeciego dla niego. W święta chwalebne mogą bydź dla seminarystów refekcyje, to jest trzecia potrawa przy obiedzie do korzenia. Piwa po kwarcie dla każdego tak w obiad, jako na wieczerzą.

18. Czeladzi w tem seminarium nie ma bydź więcej nad czworo, to jest szafarz, kucharz, pomocnik i chłopiec, na których osobne porcyje iść mają.

19. Szafarza powinien będzie prowizor i ze dwiema seminarystami starszymi rachunków i wydatków jego co sobota słuchać i one w osobnym regestrze porządnie spisać i ręką swą przy bytności tychże dwóch seminarystów przed prałatami, kanonikami zamojskimi na generalnej kapitule, która na przewodnią niedzielę przypada przy delegacie Imci Paniej Fundatorki i Dobrodziejki Miłościwej mają bydź prezentowane, i od wszystkiej kapituły aprobowane, co się ma dziać na każdy rok.

20. U stołu wyższe miejsce zasiadać będą większe święcenie mający, którzy się jeszcze nie święcili wedle wokacyjej swojej, jako kto przystał do seminarium, posiadać się będą.

21. Przy obiedzie Pismo św. z biblijej, albo Ojców Świętych i doktorów kościelnych czytane będzie. Te kodycyje mogą bydź odmienione, poprawione, opuszczone i insze nowe przydane, wedle upodobania i uwagi tego, który tę fundacyją pisać będzie, salvo in omnibus arbitrio libero Jej Mości naszej Miłościwej Paniej i Dobrodziejki. Mieszkania, które gotowe, bydź ma naznaczone.

Sumptu na to seminarium (oprócz) jest flor. 1800. Na stół 12 seminarystów na rok flor. 648 // 10. Na jednego kładzie się na dzień po gr 5, na rok flor. 53 // 25. Na stół kasisty na rok flor. 100. Kładzie się na dzień mniej niż po groszy 9. Temuż salarium rocznego flor. 300. Seminarystom na suknie flor. 290. Na jednego kładzie się po 10 łokci paklaku flor. 2 // 15. Uczyni na jednego flor. 25 na sutanny i rewerendę. Tymże na czapki, kołnierze, obuwie i insze potrzeby flor. 120, po złotych 10 na każdego. Tymże na przerobienie komz na rok flor. 20. Mają im bydź na początku wszystkim dane, a potym na przekupowaniu ich kładzie się flor. 20. Na wikt szafarza, kucharza, pomocnika i chłopca flor. 97, kładzie się na każdego z nich na dzień po gr 2. Tymże na suknie i na suche dni flor. 107 // 20. Szafarzowi poklaku łokci 9 po zł 2 i gr 20, flor. 21. Temuż na suche dni po złotych 6, czyni flor. 24. Kucharzowi poklaku łokci 8 po temuż flor. 18 // 20. Temuż suche dni po zł 3 gr 15 czyni flor. 14. Pomocnikowi na gunie zł 8, na buty zł 2, na suche dni bez rok zł 8 czyni flor. 18. Chłopcu na sukienki flor. 10. Na drwa, praczce, na świece, na naczynia i sprzęty domowe do roku flor. 60. Na poprawę domu, okien, pieców flor. 30. Na księgi, papiery flor. 30. Na jeden dzień na wychodzie na 12 seminarystów, na kasistę, na czworo czeladzi, na stół, mięso pieczone flor. 2 // 14, to jest jarzyny, kury albo cielęcinę dla kasisty, sól, piwo, korzenie etc. etc.

## Nr 31

### Fundacja prepozytury i mansjonarzy w kaplicy św. Mikołaja przy kolegiacie zamojskiej.

*Zamość, 31 X 1641.*

*Jakub Skwarski, dziekan infułat kapituły zamojskiej, zapisuje 12000 złp., zabezpieczonych na dobrach ziemskich, oraz dom w Zamościu na uposażenie*

*dwóch mansjonarzy i prepozyta oraz na powiększenie uposażenia dwóch dawnych mansjonarzy w kaplicy św. Mikołaja przy kolegiacie zamojskiej. Zasadniczym obowiązkiem masjonarzy będzie spiewanie oficjum o NMP i odprawianie mszy św. w kaplicy św. Mikołaja i św. Andrzeja oraz udzielanie pomocy wikariuszom w pracy duszpasterskiej.*

**Or.** *nieznany.*
**Kop.:** **1.** *ADL A nr 115: Acta officialatus Chelmensis sub R.D. Nicolao de Romanow Swirski episcopi suffraganei et canonici Chelmensis ex annis 1646—1651 k. 138—139 (W transumpcie biskupa M. Świrskiego z 1 XII 1649 wlg oryg.); tytuł wpisu:* Erectio novae praeposituræ in capella s. Nicolai pontificis ecclesiae collegiatae Zamoscensis ingrossatur.— **2.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 105: Erekcja prepozytury św. Mikołaja 1649 s. 1—3 (Kopia z XVII w.).*— **3.** *ADL Nr I—152: Acta visit. 1714—1717 k. 342—345.*— **4.** *Nr 232: Liber privilegiorum 1696 et 1699 s. 81—87; tytuł wpisu:* Approbatio officiosa novae fundationis praepositi et duorum mansionariorum una cum auctione salariorum duorum antiquorum, tum provisione mensae communis et aliorum ad eandem pertinentium.— **5.** *Nr I—158: Decreta reformationum 1749 s. 2101—2105.*— **6.** *Nr I—158: Decreta reformationum 1750—1751 s. 1691—1696.*— **7.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 1: Iura et fundationes 1750 s. 159—164.*— **8.** *Nr 81: Erekcja mansjonarii i prepozytury w kaplicy św. Mikołaja i sprawy legatów 1627—1649 s. 6—8, 9—13, 14—19, 22—25, 27—33, 39—43, 45—51, 53—55 (Kopie z XVIII w.).*— **9.** *Nr 83: Zapisy na rzecz kolegium mansjonarzy s. 1—3, 5—8 (Kopie z XVIII w.).*— **10.** *Bibl. PAN Kraków. Sygn. 2383/I: Documenta ad civitatem 1580—1782 s. 161—165 (Kopie 2—10 wlg kopii 1).*

In nomine Domini amen. Cum non inferioris apud Deum sit meriti antiquas fundationes in ecclesia illius sancta, temporum iniuria variatas vereque collapsas, in integrum restituere, quam novas simili infortunio subiectas excitare, congruum sane mihi visum est, ad promovendum rdi olim Nicolai Kislicii decani primi infulati Zamoscensis [1], antecessoris mei piam voluntatem, usibus divinis in capella decanali s. Nicolai pontificis ecclesiae collegiatae Zamoscensis applicata, animum adiicere atque, ut unum cumulate prout par est sorciatur effectum, quantum facultates meae sinunt perficere. Hic enim piae memoriae defunctus, dum collegium sacerdotum, quos vulgo mansionarios vocant, ad excitandum in Christi fidelibus erga Deiparam Virginem venerationis cultum, iuncta cum illmo olim Matthia Lesniowski castellano Bełsensi [2] liberali manu instituisset, perque illud officium Beatae Mariae Virginis integrum decantandum una cum sacrificiis duobus votivis, quotidie peragendis, praescripsisset. Hoc illius institutum praeclarum sane et laudabile cum incremento non vulgari laudis divinae et ornamento ecclesiae, quantum per illa tempora licuit, satius diu florens, firmum et stabile extitit, successu vero temporis, cum pretia rerum crescerent, in tantas est reductum angustias, ut nec sarta tecta, quibus contineretur, haberet, nec plures quam duos sacerdotes, qui assidue missas canerent ob tenuitatem proventuum alere possit.

Cui incommodo, ut obviam per me, quantum in me situm est, iri posset, domum imprimis novam post lapideam decanalem, versus stagnum, duobus ab hinc annis aere proprio erexi, eamque supra et infra mansionibus pro commoditate, tam secerdotum quam communis familiae, instruxi et adornavi. Quo autem plenior in hoc ipso collegio sacerdotum sit numerus, nec assidue, ut hactenus, sed per vices alternas missarum sacrificia celebrent ac

[1] *Mikołaj Kiślicki, zob. dok. nr 22 przyp. 18.*
[2] *Maciej Leśniewski, s. Piotra, rotmistrz królewski (1596), starosta raciborski (1600), wajsenburski (1611), podkomorzy bełski (1612), kasztelan bełski (1626).* A. Boniecki, *jw. t. 14 s. 114.*

proinde sint interdum aliquid vacantes, summam 12 millium flor. polon. in censum reemptionalem iam locatam, in eam rem convertendam esse proposui, hocque propositum meum, ut quantocius ad effectum me vivente deduci possit, in optatis habeo. Cum autem a praedicta 12 millium flor. polon. summa census annui iuxta receptam consuetudinem floreni 960 (a quolibet mille exigendo 80) singulis annis proveniant, super hoc censu duos imprimis novos, ultra usum iam receptos et de facto existentes fundo et constituo mansionarios, tertiumque supra illos praepositum. Singulos illorum presbyteros, a vicariis ecclesiae et praebendariis capellae Transfigurationis Domini omnino distinctos, qui quidem omnes, utpote praepositus tum duo mansionarii noviter fundati una cum duobus aliis presbyteris antiquae fundationis, praedictum Beatae Mariae Virginis officium mane et a prandiis voce sonora et gravi decantabunt. Missas vero hebdomadales, tam in cappella s. Nicolai quam s. Andreae debitas, alternatim obibunt, ita ut interim duo ex illorum numero sint vacantes, excepto seniore illorum praeposito, qui non nisi maioribus dominicis festisque celebrioribus Salvatoris, BMV, Apostolorum, et praecipue s. Iacobi Maioris patroni mei, et reliquorum patronorum utriusque dictae capellae peculiarium missas tempori servientes decantabit. Missis tamen aliis in utraque praefata capella ex debito celebrandis, non tantum praesentia, sed etiam vocis suae subsidio, nullatenus deerit. Idem singulos mansionarios, tanquam curae suae ac regimini subiectos, una cum suis coadiutoribus, nimirum scholae parochialis rectore cantoreque, qui sunt adiuncti ex antiquo, propter maiorem cantus resonantiam, salariaque consueta, hic quidem 100, ille 40 flor. quotannis percipient, in quantum ad officia divina capellarum spectabit, diriget, officii unumquemque monebit, et cum opus fuerit, pro negligentia cuiusque, vel moribus parum congruis iuxta leges castigabit. Contumaces et gravius deliquentes ad vble capitulum corrigendos defert, et si incorrigibiles extiterint, alios in locum illorum melius moratos cum scitu et consensu rdi decani pro tempore existentis, tamquam singularis capellarum patroni, sufficiet, cui pontificaliter celebranti omnes iuxta mores huius ecclesiae (excepto seniore illorum praeposito) adstare tenebuntur. Quodsi et ipse praepositus a praescripta officii sui probisque moribus (quod absit) deviaverit, deferendi illius ad vble capitulum libera facultas penes eius collegas sita erit. Pro salario annuo ex censu supra memorato *960 flor.* assigno: praeposito flor. 300, doubus vero mansionariis recentis a me fundatis singulis eorum flor. 200, antiquis autem, qui ex primaeva fundatione iuxta calamitatem huius temporis 140 flor. singuli percipiebant, pro salario annuo atribuo singulis annuatim ex praedicto novae fundationis censu flor. 50, ita ut quilibet illorum sicut et noviter fundati 200 flor. in annum percipiat. Pro vino, cera, thure et sacris vestibus successive comparandis aliisque rebus necessariis, tam pro reparatione domus communis seu collegii (nam lampas ardentis fomentum in capella s. Nicolai fundatione speciali iam per me provisum est) ultra 80 flor. ex antiquo praescriptos et specificatos, assigno de meo censu 20 annuo, ita ut in summa 100 coalescant. Curam domus communis seu collegii geret ipse praepositus, tum capellarum et res intraque necessarios tempestive providebit, supellectilem ecclesiasticam inventario descriptam diligenter custodiet et asservabit, tapetia et alia utensilia non nisi in capellarum usum convertet, damno proprio imputaturus, si quid inde sua culpa deperierit aut deterioratum fuerit. Pro opera sua in hoc onus impensa 20 flor. iuxta antiquam fundationem annuatim percipiet. Additur eidem subsidii gratia clericus bene moratus, adolescens et literis excultus, qui ministerio capella-

rum et altarium, quando missae celebrantur iuxta illius directionem intentus erit, mercedis loco et ipse 20 flor. ex antiqua fundatione superfluos pro labore annuatim accepturus. Pro subsidio mensae communis eiusdem collegii floreni imprimis 140, qui supersunt ex meo censu, statuo et decerno, tum et 40 floreni ex summa speciali 1000 flor. in lapidea excellentis Simonis Piechovii[3] medicinae doctoris, ante aliquod annos per me inscripta, nam reliqui 40 flor. ab eadem summa provenientes in sacrum anniversarium pro anima mea post mortem sub tempus generalis capituli iuxta dispensationem capitularem erunt convertendi. Adiungo eidem mensae censum 40 flor. a summa 500 flor. post decessum gnosi olim Iacobi Zawisza[4], ex veculis eius divenditis collecta et meae dispositioni commissa, provenientem, una cum aliis 48 flor., qui speciali summa 600 flor. in censum reemptionalem data et capellae s. Andreae pro certa devotione ab honesta Agnete Gregorii Gieczicki viri consularis et sannifusoris Zamoscensis consorte, femina pientissima[a] applicata, annuatim solvuntur. cum hac tamen conditione, ut obligationi ratione utriusque huius census iuxta specialem ordinationem omnino satisfiat. Quod subsidium non nisi praeposito et quatuor mansionariis mensae communi posteaquam ex liberalitate benefactoris alicuius, aut collectione symbolorum coaluerit, accumbentibus deserviet, in reliquis officiis coadiutoribus, nempe scholarcha et cantore remotum esse debet. In defectu autem mensae communis totus iste census, hic et inde collectus, qui flor. 268 constituet, inter assignatas quinque personas aequaliter distribuetur.

In huius autem fundationis meae memoriam nihil aliud desidero ac requiro, nisi ut praedicti praepositus et quatuor mansionarii Domino Deo melius ac dignius meipso deserviant, ac post fata mea pro anima mea peccatrice missam lugubrem pro defunctis una cum collecta pro benefactoribus pie defunctis feria 4 cuiuslibet septimanae, festo celebri aut aliquo non impedita, alias proxime sequenti, loco votivae hactenus decantatae, in capella s. Nicolai decantent. Praepositus quidem a me ipso designatus sit vblis Ludovicus Murawicki, antiquus huius capellae mansionarius, deque hac capella non male meritus, canonice ad hoc ipsum officium, prout et ipsius successores, instituendus, ac proinde perpetuus; reliqui mansionarii capellae ipsius erunt temporales, quibus pro munere id quoque adiungo, ut pro decore huius ecclesiae omnibus processionibus et thurificationibus intersint, vicarios ecclesiae in excipiendis Christi fidelibus confessionibus tempore Quadragesimae et festis solemnioribus, si id rdo dno decano visum fuerit, pro modullo ingenii sui adiuvent. Ius praesentandi praepositi, post cessum vel decessum moderni a me assignati, situm erit penes vble capitulum. Eligendus omnino erit talis ex collegio eorundem mansionariorum, qui ceteros collegas suos gravitate, scientia, moribus honestis, cumuloque meritorum longe anteiverit. In eventu diversitatis sententiarum circa hanc electionem, ea pars praevalebit, cui rdus decanus calculum suum adiecerit. Is denique praepositus ultra supra expressa id muneris habebit, ut sufficientes tam perceptorum, quam expensorum rationes in generali capitulo post, conductus Paschae celebrari solito praesento uno ex collegis suis, reddere ac quietationem recipere omnino tenentur. Offi-

---

[a] *W kop. 1 brak* ab honesta Agnete Gregorii Gieczicki viri consularis et sannifusoris Zamoscensis consorte, femina pientissima.

[3] *Szymon Piechowicz, doktor medycyny i profesor poetyki (1603) oraz rektor Akademii Zamojskiej (1611—1612, 1613—1615, 1623—1626). Zmarł w 1651. Wiadomość o profesorach s. 37, 100.*

[4] *Jakub Zawisza, bliżej nieznany.*

ciumque praepositi tam in convictu communi, quam utraque capella ita dextre ac sedulo administrabit, ut strictam post ipsius officii rationem ante tremendum tribunal supremi Iudicis reddere non vereatur. In quo conscientiam illius, si secus fuerit, maxime gravatam et oneratam esse volo.

In maiorem praesentibus fidem ——. Zamoscii in vigilia Omnium Sanctorum anno Domini 1641. Iacobus Skwarski IUD decanus Zamoscensis.

## Nr 32

## Fundacja kapelanii w kaplicy św. Andrzeja i Macieja Apostołów.

*Zamość, 16 VII 1647.*

*Jerzy Szornel, wykonując testament Marka Nietyksy, uposaża kapelanię św. Andrzeja i Macieja Apostołów w kolegiacie zamojskiej. Na uposażenie kapelanii zapisuje łącznie 3000 złp., zabezpieczonych na „skarbie" rodziny Zamoyskich. Prawo patronatu po śmierci fundatora będzie posiadał dziekan kapituły zamojskiej. Do obowiązków kapelana należy odprawienie pewnej ilości mszy św. i troska o wyposażenie kaplicy.*

**Or.** *nieznany.*
**Kop.:** **1.** *ADL Nr 232: Liber privilegiorum 1696 et 1699 s. 108—112 (Kopia w transumpcie wlg oryg. sporządzonego na prośbę ks. Rafała Wosińskiego dnia 20 VII 1649).*— **2.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 296: Quaedam documenta litem Academiae cum ordinariis loci, tum fundationes Collegiatae et Academiae concernentia e XVII saeculo (cyt. Quaedam documenta) s. 41—43.*— **3.** *ADL Nr I—152: Acta visit. 1714—1717 k. 358—360'.*— **4.** *Nr 1: Iura et fundationes 1750 s. 166—168; tytuł wpisu:* Fundatio sacri missae officii in capella s. Andreae et Matthiae Apostolorum ecclesiae collegiatae Zamoscensis tit. s. Thomae Apostoli.— **5.** *ADL Nr I—158: Decreta reformationum 1750—1751 s. 1695—1697 (Wszystkie kopie wlg kopii 1).*

In nomine Domini amen. Ad laudem et gloriam Dei omnipotentis et Sanctissimae Virginis Matris Mariae et s. Marci Evangelistae Omniumque Sanctorum, ad salutem animarum Christi fidelium atque perpetuam rei memoriam. Ja Jerzy Szornel [1], będąc usilnymi prośbami nieboszczyka pana Marka Nietyxy [2] jeszcze za żywota jego obowiązany, a potym i testamentem tegoż woli jego nieodmiennej, dobrze przedtym postanowionej, potwierdzeniem zięty, to niżej postanowienie, do woli nieboszczykowskiej stosując się et fidem meam, której dufając nieboszczyk powierzył mi drobiaszczki i wysługę swą, eliberando nec onerando conscientiam w niedosyć uczynieniu obligowi z przyjaźni przyjętemu, chcąc mieć, nec defraudavi solatio unico, eo utique extremo ita nomine duszę nieboszczykowską, życząc et piis intentionibus pro debito executoris, którym mię confidenter uczynił, dosyć czyniąc im vim perpetuae fundationis cum scitu, consensu, auxilio et approbatione superiorum spiritualium quam saecularium ad statuendam et ratificandam id adhibitorum, in quorum pertinentium in perpetuum duraturum czynić, albo raczej fundacyją do skutku od nieboszczyka według testamentu uczynioną przywodzę, kapłana jednego do kaplice ss. Andrzeja i Macieja praesentibus funduję, którego powinność będzie na każdy tydzień dwie mszy za duszę nieboszczyka Marka Nietyxy odprawić, a oprócz tego w każdy tydzień pierwszy każdego miesiąca

[1] *Jerzy Szornel, syn Jana, sędzia ziemski lubelski. Występuje m.in. w Castren. Grabovec. Inscrip. (WAP Lublin. Nr 31) s. 308 n., 378 (1648); Castren. Lublin. (WAP Lublin Nr 94) Inscrip.*
[2] *Nietyksa Marek, bliżej nieznany.*

mszą jednę odprawić powinien będzie pro peccatis za mnie egzekwującego i z mych też dochodów 100 zł[a], dokładającego na tę fundacyją. Na co naznaczam kapłanowi temu rocznego salarium flor. 160, które na każde suche dni ratami po zł. 40 odbierać ma. Do tychże mszy na wino na cały rok naznaczam flor. 20, na świece na cały rok flor. 16, na aparaty, żeby się suma składała przez lat kilka naznaczam na każdy rok po flor. 20, do sprawowania nowych, gdy sprawione teraz nadwiotczeją, które to wszystkie pieniądze na raty na każde suche dni dzieląc będą dochodziły z czynszu, o którym niżej. A oprócz tego zaraz na nowe aparaty flor. 300 wydaję, które kapłanowi temu służyć będą, jako ornat, albow i co dla ubierania do mszy św. należeć, kielichów z patyną, antepedium, obrusy; które nabożeństwo i kapłana samego pod dyrekcyją imć. x. dziekana kościelnego teraz i na potym będącego poddawam, aby raczył dignari prace i staranie to przyjąć.

Ordynacyja zaś tegoż tam: tak nabożeństwo, jako i odbieranie salarium praefatorum i zawiadowanie o apparatach i rzeczach do mszy mianowanych potrzebnych i innych zbieranie, gdyby tych nie stawało, temuż imć. x. dziekanowi pro tempore existenti poruczam, który teraz osobno koło tego ordynacyją spisaną podpisaną ma. Na które to wszystkie pensyje wzwyż mianowanej sumy pryncypalnej 2700 flor. w skarbie JW. Pana Jana na Zamościu Zamoyskiego, starosty etc. kałuskiego[3] kolokuję i wyraźną imci wolą i pismem na przyjęcie ich osobnych per modum assecurationis danem. Od której sumy dorocznego czynszu, po zł 8 od sta rachując, in summa będzie przychodziło flor. 216, a oprócz tych osobno flor. 300 teraz zaraz na aparaty kładą się. Odzyskowanie czynszu kapłanowi za wiadomością i kwitami imć. x. dziekanowi będzie należało. A teraz instituendo kapłana, który też zaraz divina praefata, modo quo supra, odprawować poczyna, poruczam i oddaję to munus et officium imć. x. Refałowi Wosińskiemu vicedecano seu seniori eiusdem ecclesiae vicario[4], który ad vitae tempora odprawować to ma, beneplacito ipsius zostawując; cum scitu imć. x. dziekana z tego obligu ustąpienie, post cuius decessum substytucyja inszego będzie imć. x. dziekanowi należała. Który też i odmianę i poprawę administrantium id munus z jakiej słusznej przyczyny, co by aliter corrigi nie mogło, w ręku będzie miał. Na co dla lepszej wiary i pewności stało się imć. niżej podpisanych, których radą i powagą ta fundacyja nieodmienna stanęła, odprawiających na zamku zamojskim dnia 16 lipca roku 1647[b]. Jacobus Skwarski IUD decanus Zamoscensis.

## Nr 33

## Fundacja na ubogich studentów i profesora prawa.

*Zamość, 20 XII 1647.*

*Jakub Skwarski, dziekan infułat zamojski i emerytowany profesor Akademii Zamojskiej, zapisuje 8000 złp. na utworzenie katedry prawa kanonicznego na tejże akademii oraz na stypendium dla 6 studentów prawa, pochodzących z diecezji płockiej.*

---

a *brak w kop. 1.* b *kop. 1, 3 — 1627.*

3 *Jan Zamoyski (1627—1665), ordynat, generał ziem podolskich (1637), krajczy koronny (1653), podczaszy koronny (1655), woj. kijowski (1658), sandomierski (1659), starosta kałuski, rostocki. Żonaty z Marią Kazimierą de la Grange A'Arquien (1641).* W. Dworzaczek, *jw. tabl. 135.*

4 *Rafał Wosiński, senior kolegium wikariuszy przy kolegiacie zamojskiej, fundator kanonii fundi Wosiński; kanonikiem zamojskim został w 1664. Zmarł w r. 1674.* F. Stopniak: *Dzieje kapituły zamojskiej s. 197.*

**Or.** *nieznany.*
**Kop.** *ADL Nr 115: Acta officialatus Chelmensis sub R.D. Nicolao de Romanow Swirski episcopo suffraganeo et canonico Chelmensi ex annis 1646—1651 k. 59'—60; tytuł wpisu:* Fundatio ingrossatur *(Wlg or.; wpis z 31 I 1648).*

Adm. rdus dnus Iacobus Skwarski IUD, decanus infulatus [1] ecclesiae collegiatae Zamoscensis, parochus Szczebrzeszynensis [2], emeritus academiae professor et senior pater, animum suum erga academiam benevolum et liberalem palam testari cupiens, ac vehementer optans, ut quemadmodum structura collegii ipsius sumptibus plane regiis illmi dni patroni erigitur suaque iam lata per Dei gratiam diffudit fastigio, ita praeclaris pariter ipsa efflorescat ingeniis, eidem ac titulo perpetuo ac irrevocabiliter donationis dat atque consecrat 8 millia flor. polon. pro fundatione nova iuris canonici professoris, tum sex auditorum illius, tali quidem serie: imprimis summam praedictam cum scitu et consensu suo in censum reemptionalem, cautione quam sufficientissima collocari cupit, in singulis mille flor., census annui flor. 80 et non minus exigentibus, ita ut integer a summa capitali census 640 flor. annuatim proveniat. Ex qua censuali summa 400 flor. pro stipendio novi professoris iuris canonici constituit, quem omnino actu esse doctorem eundemque ius canonicum non nisi semel in diem publici academia profiteri vult. Ius vocandi illius iuxta vblis capituli et academiae ita erit, ut ad munus eiusdem professionis obeundem ceteris paribus proprior sit semper, si quis ex gremio vblis capituli ad illud aspiraverit. Reliquum vero eiusdem census 200 nempe et 40 flor. pro sex studiosis indigenis, iuris eiusdem auditoribus, popularibus quidem suis e civitate vel dioecesi Plocensi oriundis et in eorum defectu, quibuslibet aliis modo capacibus et idoneis assignat, ita ut singulis illorum pro victu 40 flor. annuatim cedant. Cuius pecuniae iuxta praescriptum suum erogatis, calculus in plena convocatione academiae semel quotannis innotescit. Quam rdus fundator pietati non minus, quam incrementis rei literariae consentaneum, Universitas Academica, uti grato acceptat animo et easdem in singulis eius punctis et clausulis unanimiter (salvo inprimis adm. rdorum dnorum praelatorum et canonicorum ecclesiae tanquam praesidum et directorum academiae consensu) approbat et ratificat, atque, ut aeterna illius extat memoria, actis academicis illamque consignat eandemque insuper pro maiori firmitate, prout rdus dnus fundator requirit, ad acta consistorii Chelmensis et ad acta perpetua castrensia Grabovecensia intra decursu duorum mensium transferri procurabit. In cuius rei fidem — —. Actum et datum anno et die, quibus supra (20 mensis februarii anno Domini 1647). Iacobus Skwarski IUD, decanus infulatus Zamoscensis mp.

## Nr 34

## Fundacja kanonikatu fundi Brzeski.

*Zamość, 9 VII 1648.*

*Ks. Szymon Brzeski, proboszcz w Równem i oficjał bracławski w diecezji łuckiej, zapisuje 5000 flor., zabezpieczonych na dobrach ziemskich Jana Zamoyskiego i Jana Woyny, na utworzenie kanonikatu przy kapitule zamojskiej. Na kanonikat ten mają być prezentowani profesorowie Akademii Zamojskiej, a prawo prezenty i patronatu będzie przysługiwało kapitule w Zamościu. Ka-*

[1] *Jakub Skwarski, zob. dok. nr 22 przyp. 22.*
[2] *Szczebrzeszyn, zob. dok. nr 6 przyp. 11.*

*nonik fundi Brzeski będzie zobowiązany do odprawiania jednej mszy św. tygodniowo w intencji fundatora.*

**Or.** *nieznany.*

**Kop.:** **1.** ADL A nr 115: *Acta officialatus Chelmensis 1646—1651 k. 94—95' (Ingrosowany wlg oryg. do akt konsystorza chełmskiego 19 VII 1648, na prośbę ks. Szymona Brzeskiego); tytuł wpisu:* Fundatio noviter per adm. rdum dnum Simonem Brzeski erecti canonicatus Zamoscensis ingrossatur.— **2.** *Nr 232: Liber privilegiorum 1696 et 1699 s. 19—23; tytuł wpisu:* Fundatio canonicatus Brzeski.— **3.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 196: Quaedam documenta s. 30—31.*— **4.** *ADL Nr I—158: Decreta reformationum 1749 s. 1942—1945.*— **5.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 1: Iura et fundationes 1750 s. 52—54.*— **6.** *ADL Nr I—158. Decreta formationum 1750—1751 s. 1608—1610.*— **7.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 40: Akta i dokumenty dotyczące kanonikatu fundi Brzeski z lat 1648—1783 s. 20—22.*— **8.** *Nr 39· Akta i dokumenty dotyczące kanonikatu fundi Brzeski z lat 1640—1807 s. 4—6 (Kopie 2—8 wlg kopii 1).*

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Divini cultus promovendi ratio ab unoquoque nostrum iure suo exigat, ut omnes animi et ingenii vires eo intendamus, quo maior semper Dei omnipotentis honor augeatur, posteritatisque ornandae ac iuvandae negotium suscipiatur. Ideo ego Simon Brzeski [1], parochus Rownensis [2], officialis foraneus Braclaviensis [3], memor eius utriusque re ac negotii propagandi de bonis a Deo acceptis supremo omnium Largitori bonorum pro pietate et affectu debito erga locum Zamoscensem, cui me multum habere fateor, offerendo erectionem novi canonicatus in ecclesia Zamoscensi collegiata ex consensu deliberato et expresso vblis capituli Zamoscensis [4], cum scitu et admissione illmi Ioannis Zamoyski in Zamoscie [5], instituo summamque flor. polon. 5000 iam in castro Grabovecensi sub actu feria tertia post festum Visitationis Beatae Mariae Virginis, quae erat dies 7 mensis iulii, anni praesentis 1648, in perpetuum eidem ecclesiae collegiatae Zamoscensi inscriptam [6]; cuius medietas in praesens iam collocata est in censum reemptionalem apud gnosum dnum Ioannem Woyna pincernam Bełsensem [7], in bonis eius haereditariis Chodywańce [8], nimirum 2 millia et 500 flor., altera medietas 2 millia 500 flor. apud illmum Ioannem in Zamoscie Zamoyski, haeredem, capitaneum Kałussiensem [9], pro eodem canonicatu obligatur. Tali quidem modo, prout a praefato vbli capitulo Zamoscensi esse consessum, susceptum, expresso scripto comprobatum, nimirum ut praedicta summa 5000 flor. census reemptionalis mihi ad fata serviat vitae, stallumque cum ascensu in ecclesia et vocem, tam activam quam passivam in

---

[1] *Szymon Brzeski, proboszcz w Równem na Wołyniu i oficjał bracławski w diecezji łuckiej, fundator kanonii fundi Brzeski (1648). Wiadomość o profesorach s. 87.*

[2] *Równe, miasto w dawnym woj. wołyńskim (przed 1795 i 1920—1939), obecnie stolica obwodu równeńskiego na Ukrainie Radzieckiej.*

[3] *Bracław, miasto i dawna stolica woj. bracławskiego oraz oficjalatu w diecezji łuckiej (przed 1793), obecnie miasteczko w obowodzie winnickim na Ukrainie.*

[4] *Wzmiankowany konsens na fundację nowego kanonikatu przy kolegiacie kapituła wyraziła w dokumencie z 20 IV 1648. Zob. ADL A nr 115: Acta officialatus 1646—1651 k. 95'—96'*

[5] *Jan Zamoyski, zob. dok. nr 33 przyp. 3.*

[6] *WAP Lublin. Nr 31: Castr. Grabovecen. (1645—1656) s. 516—518. Dnia 7 VII 1648 ks. Szymon Brzeski, za zgodą Jana Woyny, zabezpiecza 2500 flor. na dobrach Chodywańce, zapisane na fundację kanonikatu w kapitule zamojskiej.*

[7] *Jan Woyna h. Trąby, cześnik bełski, występuje również w Castr. Grabovec. (1645—1656) s. 517 (WAP Lublin. Nr 31).*

[8] *Chodywańce, wieś, pow. Tomaszów Lubelski, woj. lubelskie.*

[9] *WAP Lublin. Nr 31: Castr. Grabovecen. (1645—1656) s. 518—519. Dnia 7 VII 1648 ks. Szymon Brzeski zabezpieczył, za zgodą Jana Zamoyskiego, 2500 flor. na jego dobrach ziemskich, zapisane na fundację kanonikatu przy kolegiacie zamojskiej.*

capitulo cum successoribus meis obtineam capaxque sim cum iisdem successoribus meis omnium beneficiorum ecclesiasticorum in dominio Zamoscensi existentium. Ad quod praesentandi ius vbli capitulo Zamoscensi totaliter et concedo, et vble capitulum meos successores non nisi ex professoribus Academiae Zamoscensis ad eum canonicatum, cum scitu illmorum in Zamoscie haeredum, deliget illosque ordinario, vel eius officiali, praesentabit, quos dignos ad sacerdotalem status aspirantes, vel iam in eo existentes, viderit. Si autem ex meis consaguineis, vel ex villa Brzoza districtus Radomiensis [10] originem ducentibus, aliqui ad academiam, vel in Academia Zamoscensi possessionem quempiam tenuerint actuque professores fuerint, eorum potior ratio habenda erit praedictusque canonicatus illis conferri debebit.

Quibus successoribus procuratores capituli salaria numerabunt ipsique, a quibus debebitur, recipient et receptum censum ex summa integra 5000 provenientem, quietationibus suis declarabunt. Et quia digna merces laborum sequitur, ne in posteritate meae huius fundationis tenor intereat, memoria mei obliteretur, ad duo sacra missae officia meos successores obligo, quorum unum singulis hebdomadis quacumque die de Beatissima Virgine Maria votivam, alteram singulis mensibus prima non impedita, vel sequenti die pro anima mea Requiem dictum tenebuntur celebrare, aut ipsi per se, aut per alios, modo satisfiat intentioni meae. Quod ut suum robur habeat inviolateque vbli capitulo Zamoscensi servetur ex animo supplico, illmosque in Zamoscie haeredes humiliter deprecor, quatenus voluntati meae huius perpetuos vindices patronosque et procuratores sese exhibeant de successoribus meis, et mature provideant et benigne eos substituant. Videantque, ne in aliquo mentem meam temporum iniquitates rerumque vicisitudo defraudet, mercedem a Deo sperantes perpetuam, cum etiam meum istud studium perpetuitati consecratur. In cuius rei fidem ——. Datum Zamoscii anno 1648 iulii die 9, clarmo et mgco dno Martino Foltinowicz philosophiae IUD, Zamoscensis Academiae rectore [11] etc.

## Nr 35
## Erekcja kanonikatu fundi Brzeski.

*Krasnystaw, 8 VIII 1648.*

*Mikołaj Świrski, biskup sufragan chełmski i oficjał generalny tejże diecezji, zatwierdza fundację ks. Szymona Brzeskiego, dokonując tym samym erekcji kanonikatu fundi Brzeski.*

**Czps** *ADL A nr 115: Acta officialatus Chelmensis R.D. Nicolai Swirski episcopi suffraganei et canonici Chelmensis ex annis 1646—1651 k. 94'—95'.*
**Kop.** *zob. dok. nr 34.*

Ad acta publica consistorii officii perillis et rdmi dni Nicolai de Romanow Swirski Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopi Citrensis [1] —— personaliter

---

[10] *Brzoza, wieś królewska, należąca do starostwa radomskiego; w r. 1569 sołectwo we wsi posiadał Stanisław Brzeski. A. Pawiński, jw. t. 3: Małopolska s. 323.*

[11] *Foltynowicz Marcin, doktor obojga praw i filozofii (1644), dziesięciokrotny rektor tejże akademii (1639—1663); po śmierci żony wstąpił do stanu duchownego i w r. 1662 został kanonikiem zamojskim. Zmarł 11 I 1663. K. Lewicki: Foltynowicz Marcin. W: Pol. słow. biogr. T. 7 s. 80 n.*

[1] *Mikołaj Świrski, kustosz gnieźnieński, biskup tyt. cytreński i sufragan chełmski, sekretarz królewski Władysława IV. Założył i uposażył klasztor bernardynów w Radecznicy*

consitutus adm. rdus dnus Simon Brzeski [2] —— literas fundationis in pergameno scriptas, noviter per se erecti supranumarii canonicatus ecclesiae collegiatae Zamoscensis cum inscriptione eidem canonicatui summae certae —— exhibuit. —— Quarum fundationis literarum tenor a verbo ad verbum sequitur estque talis:

*(Następuje dokument ks. Szymona Brzeskiego nr 34).*

Vidi praesentes fundationis literas et authoritate ordinaria approbavi 8 VIII 1648. Nicolaus Swirski episcopus Citrensis [3].

## Nr 36
## Zapis na rzecz kaplicy św. Mikołaja.

*Lublin, 6 VII 1649.*

*Jakub Skwarski, dziekan infułat kapituły zamojskiej, zapisuje na rzecz prepozyta kaplicy św. Mikołaja przy kolegiacie zamojskiej 12 tys. flor., które zabezpiecza na dobrach ziemskich Liszki i Korzenica, przynależnych do Jana Zamoyskiego.*

**Czps** *WAP Lublin. Nr 94: Castren. Lublinen. Inscript. k. 436—439; tytuł wpisu:* Mgcus Zamoyski capitaneus Całussiensis rdo Skwarski decano Zamoscensi censum inscribit.

**Kop.: 1.** *ADL Nr 232: Liber privilegiorum 1696 et 1699 s. 87—90; tytuł wpisu:* Reemptio ad capellam s. Nicolai.— **2.** *Nr I—152: Acta visit. 1714—1717 k. 345—347.*— **3.** *Nr I—158: Decreta reformationum 1750—1751 s. 2111—2114, 2115—2118 (Wszystkie kopie wlg or.).*

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus capitanealibus in castro Lublinensi mgcus Ioannes in Zamoscie Zamoyski [1] —— libereque recognovit. Quia ipse adm. rdo Iacobo Skwarski decano ecclesiae collegiatae Zamoscensi [2] quoad vixerit, post mortem autem ipsius vbli praeposito capellae decanalis tituli s. Nicolai ecclesiae eiusdem collegiatae Zamoscensi, iuxta fundationem et ordinationem eiusdem adm. rdi decani Zamoscensis, pro tempore existentis, summam 840 flor. polon. monetae et numeri in Regno currentis, florenum quemlibet grossis 30 polon. computando, census annui perpetui pro summa capitali 12 millium flor., per se recognoscentem de manibus eiusdem adm. rdi decani realiter levata et percepta, perpetuo et in aevum, in vim tamen reemptionis, alias na wyderkaff vendidit, inscripsit et in bonis suis haereditariis, videlicet totis et integris villis Laski [3] et Korzenica [4] in palatinatu Russiae, terrae Premisliensis iacentibus et consistentibus, omnibusque bonorum eorundem seu villarum memoratarum praediis, curiis, aedificiis, structuris, saepibus, sepimentis, hortis, pomariis, pascuis, pascuariis, expulsoriis, agris, pratis, campis, sylvis, borris, gaiis, nemoribus, indaginibus et rubetis,

---

*oraz kolegium pijarskie w Krasnymstawie. Był nadto proboszczem w Lubomlu, Turobinie i Pawłowie. Zmarł w r. 1671. H. Łopaciński: Swirski Mikołaj. W: Encyklopedia kościelna Nowodworskiego. T. 27. Warszawa 1904 s. 297 n.*

[2] *Szymon Brzeski, zob. dok. nr 34 przyp. 1.*

[3] *Fundację potwierdził jeszcze raz 12 VI 1671 biskup chełm. Krzysztof Żegocki.*

---

[1] *Jan Zamoyski, zob. dok. nr 33 przyp. 3.*

[2] *Jakub Skwarski, zob. dok. nr 22 przyp. 22.*

[3] *Laszki, wieś, pow. Jarosław. woj. rzeszowskie.*

[4] *Korzenica, wie , pow. Jarosław. woj. rzeszowskie.*

mericis, virgultis, apibus, apisteriis, mellificiis, stagnis, piscinis, lacubus, paludibus, fluviis, fluminibus, rivis, rivulis, torrentibus, aquis earumque singulis decursibus et tractibus, molendinis, eorumque metretis, tabernis, subditis, cmethonibus, hortulanis, inquilinis eorumque casis, dierum laboribus, censibus, donationibus, obventionibus omnibusque et singulis utilitatibus, proventibus, redditibus, attinentiis, pertinentiis, adiacentibus, cohaerentibus commodis et emolumentis ex bonis eisdem seu villis memoratis, modo quovis provenientium, generaliter universis, nullis penitus exceptis, nec pro se suisque successoribus, vel quopiam alio conservatis, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generaliter per speciem, et e contrario nullo derogando, verum ita late, longe et circumferentialiter, non alias prout praefatorum bonorum seu villarum memoratarum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protrahit, et prout eadem bona seu villas memoratas ipsemet recognoscens ab antiquo ex antecessoribus suis tenuit, habuit et possedit, ipsaque recognoscens spectabant et concernebant assecuravit, prout praesentium de facto vendit, inscribit et assecurat, quam quidem summam census idem recognoscens suis cum successoribus bonorum praefatorum possessorum, pro quatuor ratis quamlibet ratam per 210 flor. pro quolibet quartuali anni, incipiendo eiusmodi census solutionem a proxime venturo quartuali et consequens singulis annis et quartualibus ad manus praefati decani quoad vixerit, post fata autem ipsius vblis praepositi dictae capellae, pro tempore existentis, iuxta fundationem et ordinationem eiusdem adm. rdi decani (mediante quietatione ipsius, quae pro authentica conferri debet) dare, solvere, et per suum proprium nuntium transmittere, sub vadio summae census seu ratae cuilibet correspondenti, seorsim et speciali succumbendo idem recognoscens, successorum ac bonorum praefatorum possessoribus inscribit se et obligat, praesenti sua recognitione declarat. In quae quidem bona sua villas memoratas praesentes in vim reemptionis respectu summae memoratae inscribit, intromissionem realem et actualem pacificamque possessionem per ministerialem quemvis Regni generalem et nobiles duos praesentium deputando, quandocunque voluerit acceptandum eiusdem adm. rdo Iacobo Skwarski decano ecclesiae collegiatae Zamoscensi, quoad vixerit, post fata ipsius vbli praeposito dictae capellae, pro tempore existenti, exmandare et libere admittere datamque et admissam, tam per se suosque successores, quam per alias quasvis submissas et subordinatas personas non adimere, nec praepedire, quinimo eundem adm. rdum Iacobum Skwarski decanum ecclesiae collegiatae Zamoscensi, quoad vixerit, post fata autem ipsius vblem praepositum dictae capellae, pro tempore existentem, ab omnibus oneribus, iuribus, debitis simplicibus et inferius inscriptionibus quibusvis, prioribus et posterioribus, dotum, dotationum, reformationum advitalitatem ac alterius cuiusvis tituli, iuris, processibus iudiciarum impedimentibusque quibusvis iuridicis, bona praefata seu villas memoratas modo quovis afficientium et aggravantium, omnium et singulorum personarum status, sexus, conditionis ac praeeminentiis cuiusvis existentium, per omnes praescriptiones terrestras, prout ad quamlibet personam terminis spectat et pertinet praescriptio, in omni iudicio et officio Regni, tam in toto quam in parte, toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere et intercedere, liberumque semper et indemnem facere, reddereque, idem recognoscens suis cum successoribus in et super bonis suis generaliter omnibus haereditariis et obligatoriis, mobilibus et immobilibus, summisque quibusvis pecuniariis, nunc habitis et in posterum habendis, eidem adm. rdo Iacobo Skwarski decano ecclesiae collegiatae Zamoscensis, quoad vixerit, post

fata autem ipsius vbli praeposito dictae capellae, pro tempore existenti, inseri se submittit et obligat, idque sub vadio summae capitali correspondentis, aliorum videlicet 12 millium flor. polon. per se recognoscentem successoresque suos ac bonorum praefatorum, pro tempore existentium, haeredes et possessores, praefato adm. rdo Iacobo Skwarski decano ecclesiae collegiatae Zamoscensis, quoad vixerit, post fata vero ipsius vbli praeposito dictae capellae, pro tempore existenti, in casu non completionis praemissorum omnium et singulorum inscriptioni praesenti contentorum, seu conditionis eius cuiuslibet ad solvendum seorsim et specialiter, toties quoties opus fuerit succumbendo. Pro quo quidem vadio seu vadiis totaliter ad solvendum succubitis, ac pro non completis praemissis omnibus, nihilominus ad completionem memoratus recognoscens suis cum successoribus iure convictus, foro competenti renuntiando, coram castrensi capitaneali Premisliensi officio, cui se cum successoribus bonorumque praefatorum quibusvis possessoribus, aliisque bonis suis generaliter omnibus, hac in parte subicit ad primam instantiam supra scripti adm. rdi Iacobi Skwarski decani ecclesiae collegiatae Zamoscensis, quoad vixerit, post fata ipsius vbli praepositi dictae capellae, peremptorie respondere suis cum successoribus tenebitur. Terminum primum peremptorium, uti et alios omnes exinde subsequentes, dilationibus generaliter omnibus, tum evasionibus, praescriptionibus, fatalicis suspensionibus, motionibus ac earum persecutionibus, reipublicae negotiis, interregno et in genere universis, iuris mediis et defensis, non effugiendo, nec evadendo, sed inscriptioni praesenti omnibusque illius contentis, soluto vadio, seu toties quoties opus fuerit, satisfacere, se et suam posteritatem bonaque sua omnia obligando et onerando, nulla terrestri praescriptione in praemissis omnibus obstante.

## Nr 37
## Potwierdzenie i erekcja mansjonarzy w kaplicy św. Mikołaja.

*Krasnystaw, 1 XII 1649.*

*Mikołaj Świrski, biskup sufragan i oficjał generalny diecezji chełmskiej, na prośbę Jakuba Skwarskiego, dziekana kolegiaty zamojskiej, potwierdza fundację prepozytury i mansjonarii w kaplicy św. Mikołaja, dokonując tym samym jej erekcji.*

**Czps** *ADL A nr 115: Acta officialatus Chelmensis R.D. Nicolai de Romanow Swirski episcopi suffraganei et canonici Chelmensis ex annis 1646—1651 k. 137'—140.*

**Kop.** *zob. dok. nr 31 kop. 2—9.*

Coram perilli et rdmo dno Nicolao de Romanow Swirski Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopo Citrensi [1] —— constitutus personaliter vblis Ludovicus Morawiecki mansionarius capellae Zamoscensis [2], plenipotens per illmum et adm. rdmum dnum Iacobum Skwarski decanum Zamoscensem [3] constitutus, literas cridae ab auditorio eiusdem rdmi dni officialis in et contra omnes et singulos sua communiter vel divisim ad praeposituram s. Nicolai pontificis et confessoris, per dictum illustrem et adm. rdum Iacobum Skwarski noviter fundatam et erectam, extraditas et legitime, prout decuit, executas, exhibuit, omniumque citatorum et non comparentium contuma-

[1] *Mikołaj Świrski, zob. dok. nr 35 przyp. 1.*
[2] *Ludwik Morawiecki, mansjonarz zamojski, bliżej nieznany.*
[3] *Jakub Skwarski, zob. dok. nr 22 przyp. 22.*

ciam accusavit, petens debita cum instantia eandem fundationem approbari, confirmari, cuius tenor sequitur et est talis:

*(Następuje dokument Jakuba Skwarskiego nr 31).*

Et rdmus dnus iudex, visis literis cridae legitime, ut a tergo praesentium apparuit, executis, in hodierna incidentia termini, omnes citatos ad dictam fundationem ius et interesse habentes, et pro termino hodierno non comparentes, contumaces pronuntiavit, et in contumaciam eorum dictam fundationem in omnibus et singulis eius punctis, clausulis, conditionibus approbandam esse duxit, ut quidem approbat, confirmat et ratificat, vigore praesentis decreti robur perpetuae firmitatis eidem adiciendo.

## Nr 38

## Erekcja kapelanii bractwa literackiego.

*Zamość, 3 III 1655.*

*Stanisław Pstrokoński, biskup chełmski, na prośbę bractwa literackiego NMP przy kolegiacie zamojskiej, eryguje kapelanię bracką dla jednego kapłana. Prawa patronatu i prezenty przyznaje bractwu, a dziekanowi zamojskiemu prawo admisji. Kapelan będzie zobowiązany do uczestniczenia w procesjach, kazaniach i innych nabożeństwach kościelnych. Równocześnie biskup rezerwuje dla kolegium wikariuszy dawne obowiązki i płynące stąd dochody.*

**Or.** *nieznany*
**Kop.** *ADL Nr I—158: Decreta reformationum 1714—1717 s. 2323—2325; tytuł wpisu:* Erectio confraternitatis literatorum Zamoscensium.

Stanislaus de Bużenin Pstrokoński Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Chelmensis, Tynecensis abbas [1]. Ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus omnibus et singulis exhibitas nobis esse literas erectionis ad laudem et gloriam omnipotentis Dei confraternitatis literatorum authoritate illmorum antecessorum nostrorum admissae, et ad ecclesiam parochialem collegiatae Zamoscensis introductae a sancta Sede Apostolica plurimis usque maximis indulgentiarum aliarumque gratiarum thesauris et praerogativis dotatae et exornatae, supplicatumque nomine ex parte eiusdem confraternitatis, quatenus ad maiorem promovendum in ea divinum cultum et praedictae confraternitatis commoditatem presbyterum capellanum a ministerio et aliis officiis parochialibus distinctum, neque aliis obligationibus impeditum, habere tenere, et pro necessitate mutare aliumque ad id munus et obligationes confraternitatis obeundas, vocare et admittere; ita ut ad morem et consuetudinem aliarum confraternitatum singulis mensibus dominica aliqua certa, et alterius confraternitatis devotione non impedita, possit et valeat cum expositione Venerabilis Sacramenti, iuxta primaevam eiusdem confraternitatis erectionem et Sedis Apostolicae permissionem, missam celebrare aliaque iusta, pia eiusdem confraternitatis instituta devotionis suae munera peragere.

Cui quidem supplicationi tanquam iustae et ad promovendum in animis

[1] *Stanisław de Bużenin Pstrokoński h. Poraj, jezuita, a następnie teolog i spowiednik króla Władysława IV. Po opuszczeniu zakonu został prepozytem kapituły płockiej, kanonikiem warmińskim, archidiakonem kaliskim i opatem tynieckim. W r. 1644 mianowany biskupem chełmskim. Zmarł w 1657. S.* C h o d y ń s k i: *Chełmskie biskupstwo ob. łac. W: Encyklopedia kościelna Nowodworskiego. T. 3. Warszawa 1874 s. 247.*

Christi fidelium erga divinam maiestatem pietatem valde commoda et utili, benigne annuentes, concedimus imprimis authoritate nostra ordinaria praedictae confraternitatis et fratribus literatorum potestatem facimus, qualibet tertia dominica mensis cum expositione Venerabilis Sacramenti missam cantare, aliaque suae devotionis munera peragere, iuxta consuetudinem confraternitatis Sacratissimi Corporis Christi Domini. Insuper capellanum approbamus, tamen ab officio nostro et ab omnibus aliis ecclesiae parochialis officiis et obligationibus distinctum et liberum, ut habeant teneant et pro necessitate, non tantum levibus de causis, mutent eadem authoritate nostri facultatem eis damus et concedimus. Volumus tamen, ut quemcunque presbyterum noviter ad id ministerium obeundum vocaverint, rdmo dno decano, nunc et pro tempore existenti, praesentent. In cuius admissione rdus dnus decanus non debet, nec tenebitur illis facere difficultatem, nisi gravissimis de causis. Praedictus autem capellanus nunc et pro tempore existens debebit tenebiturque dominicis et festis diebus omnibus una cum aliis presbyteris processionibus, aspersionibus et concionibus semper adesse et obedientiam in iis, quae ad ecclesiam et bonum ordinem moresque spectabunt, rdo dno decano, nunc et pro tempore existenti, parere et obedire.

Et quoniam ab antiquo rdi vicarii ecclesiae parochialis Zamoscensis ad certas obligationes eiusdem confraternitatis tenebuntur, videlicet Łosieckie, Domaradzkie et Serwatowskie, et anniversaria duo solita circa easdem obligationes et pensionem ratione dictarum obligationum et consensu fratrum literatorum ab iisdem tribus illis persolvendorum praedictos rdos vicarios conservamus. Debebunt autem tenebunturque idem rdi vicarii nomine eiusdem pensionis, prout antiquitus favebant et nunc facturos se submiserunt, dominicis et festis diebus singulis missam maturam literatorum de Beata Virgine Maria decantare et in solemnitatibus maioribus confraternitatis duo in dalmaticis missam celebranti ministrare, atque hunc ordinem nostra in generali visitatione ecclesiae collegiatae Zamoscensis a nobis peracta, facta et consignata firmiter teneant et observent, authoritate nostra ordinaria mandamus et praescripsimus. Praesentibus — —. Datum Zamoscii 3 mensis martii anno Domini 1665. Stanislaus episcopus Chelmensis.

## Nr 39
## Statuty kapituły zamojskiej.

*Zamość, 30 IV 1658*

*Kapituła kolegiaty zamojskiej, na posiedzeniu generalnym, przyjmuje i zatwierdza redakcję statutów kapitulnych. Całość statutów obejmuje 8 rozdziałów:* 1. *O założeniu kapituły zamojskiej;* 2. *Statuty dotyczące w ogólności porządku i ustroju kapituły;* 3. *O obowiązkach kleru kolegiackiego;* 4. *O porządku służby Bożej;* 5. *O dobrach kapituły;* 6. *O pogrzebach w kolegiacie;* 7. *Troska kapituły o Akademię Zamojską i administrację jej dóbr;* 8. *Statuty odnoszące się do kar kościelnych. Przy końcu dodano dwa statuty luźne, dotyczące reformy statutów kapitulnych*[1].

[1] *Statuty niniejsze, jak wynika z ich treści, powstawały od r. 1609. Wydaje się, że większa ich część, zwłaszcza rozdziały I—IV, zostały zredagowane jeszcze za pontyfikatu biskupa Macieja Łubieńskiego (1621—1626). W całości były już skodyfikowane przed konsekracją kolegiaty, która miała miejsce 18 XI 1637. Ze względu na to, że w czasie pożaru 18 IV 1658 spaliły się, na kapitule generalnej 30 IV 1658 zostały poddane rewizji i nowej redakcji, a następnie przyjęte przez kapitułę.*

**Or.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 413: Acta capitulorum generalium, tam ordinariorum quam extraordinariorum, per praelatos et canonicos Insignis Collegiatae Zamoscensis celebratorum. Vol. I, in quo, post constitutiones capitulares in compendium redactas, capitula ab anno 1658 die 29 aprilis ad annum 1708 die 16 aprilis inclusive inveniuntur s. 2—37.*

**Kop.: 1.** *ADL nr 230: Liber decretorum, documentorum ex archivis et actis Collegiatae et Academiae Zamoscensis excerptorum 1658 s. 48—63 (Kopia współczesna, obejmujący tylko cap. III tit. 1—13 oraz cap. VII tit. 1—3).*— **2.** *Nr I—158: Decreta reformationum 1750—1751 s. 1720—1735 (Kopia wlg or., ale brak w całości cap. VII: De cura Academiae bonorum. Inna jest również numeracja rozdziałów, cap. II or. jest w kopii oznaczony jako cap. I).*

Constitutiones capitulares Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis in compendium redactae anno Domini 1658, sub tempus generalis capituli post Dominicam in Albis die 30 aprilis celebrati.

Post insigne et atrox incendium magnae et praecipuae partis civitatis Zamoscensis, ubi cum mansionibus beneficiorum huius ecclesiae, templi ipsius media superiori parte, arce etiam et aliis circumcirca habitationibus, arserunt privilegia, acta et alia id genus vblis capituli, quod contigit 18 aprilis ipso die Coenae Domini hora 9 pomeridiana noctu.

[3] Index capitum


De institutione Capituli Ecclesiae Zamoscensis . . . . . . . pag. 1.
Constitutiones ad ius et ordinem capituli pertinentes . . . . . . . 3.
De officio cleri in Ecclesia Collegiata Zamoscensi . . . . . . . 9.
De ordine officiorum divinorum . . . . . . . . . . . . . 21.
De bonis Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis . . . . . . . . . . 24.
De sepultura ecclesiastica Zamoscensi . . . . . . . . . . . 26.
De cura Academiae bonorumque illius administratione . . . . . . 29.
De constitutionibus poenalibus . . . . . . . . . . . . 31.


[4] De institutione capituli Zamoscensis.

Caput I

Prima institutio et fundatio Capituli in Ecclesia Collegiata Zamoscensi sub titulo Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi et eius testis s. Thomae Apostoli feliciter condita et erecta.

In nomine Domini amen. Actum anno Domini 1609 die 17 augusti in Ecclesia Collegiata Novo Zamoscensi primum capitulum praelatorum et canonicorum ab adm. rdo dno Nicolao Kislicio decano eiusdem ecclesiae [2] vigore fundationis et auctoritate illmi ac rdmi dni Georgii Zamoyski episcopi Chelmensis [3] feliciter convocatum est. Huic intererant praesentes: adm. rdus dnus Nicolaus Kislicius decanus, adm. rdus dnus Albertus Bodzęcki scholasticus [4], adm. rdus dnus Melchior Stephanides [5], adm. rdus dnus Andreas Jasinski [6], adm. rdus dnus Erasmus Zamoyski [7], adm. rdus dnus Laurentius Starnigelius [8] canonici. Qui omnes in secretario praedictae ecclesiae congregati, primum

[2] *Mikołaj Kiślicki, zob. dok. nr 22 przyp. 18.*

[3] *Jerzy Zamoyski, zob. dok. nr 15 przyp. 2.*

[4] *Wojciech Bodzęcki, doktor teologii i obojga praw, pierwszy scholastyk Kapituły Zamojskiej, profesor prawa na Akademii Zamojskiej (1600). Zmarł 20 VIII 1622. W testamencie zapisał akademii i kolegiacie bibliotekę i dom w Zamościu. Wiadomość o profesorach s. 36, 97—99.*

[5] *Melchior Stephanides, doktor filozofii i obojga praw, pierwszy rektor Akademii Zamojskiej (1595), kanonik (1600), kustosz (1621) i scholastyk zamojski (1622), kanonik kapituły lwowskiej i chełmskiej (przed 1601). Zmarł 17 IV 1638. Wiadomość o profesorach s. 36, 94.*

[6] *Andrzej Jasiński, kanonik zamojski, prezentowany przez Jana Zamoyskiego ok. 1601 r Wiadomość o profesorach s. 87.*

[7] *Erazm Zamoyski, bliżej nieznany.*

[8] *Wawrzyniec Starnigiel, doktor filozofii, profesor wymowy (1595) i rektor Akademii Zamojskiej, kanonik (1604), kustosz (1610) i dziekan infułat zamojski (1622). Cały swój ma-*

institutionem ab illmo et rdmo dno episcopo supranominato emanatam, ab adm. rdo autem dno decano recitatam, capitulariter audierunt. Postea professionem fidei in primo ingressu capituli, iuxta praescriptum concilii Tridentini fieri solitam[9], fecerunt. Demum solemni sacramento se ad obedientiam illmo ac rdmo loci ordinario Chelmensi ad fidelitatem obstrinxerunt, iuxta formam infrascriptam deinceps et a quovis admisso in capitulum praestanda.

Forma iuramenti admissis in capitulum primum praestanda.

Ego N.N. iuro, quod illmo et rdmo patri dno N.N. loci ordinario Chelmensi et suis successoribus exhibeo obedientiam et reverentiam, ac fidelis ero ecclesiae meae. Iura ipsius, fundationem, privilegia pro meo posse defendam. Statuta capituli, authoritate ordinarii approbata, fundationem item ecclesiae meae in omnibus punctis et clausulis inviolabiliter observabo. Decreta, consilia capituli mei nemini exterorum revelabo. De articulis in capitulo propositis ita vel solus mecum, vel una cum fratribus deliberabo, ut nihil in consessum capitularem, nisi quod, reiecta omni turbatione et practicis, afferam. Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia.

Clausulae intimationi capitulari adiungi solitae.

Si quod autem aliquid occurrerit et in mentem venerit, id ipsum poterit adhuc ante capitulum, vel in ipso capitulo addi. Quodsi praeter haec capita aliis rdis dnis confratribus insuper quaedam alia declarationi ac decisioni capitulari necessaria visa fuerint, ea vicissim ante capitulum rdo dno decano et aliis rdis dnis confratribus in scripto ad deliberandum proponatur, ne ad ea imparati in capitulo accedant; anno 1610 augusti 20 et aliis consequentibus.

Forma solennis concludendi capituli per praesidem.

Authoritate illmi ac rdmi dni N.N. episcopi Chelmensis omnia in praesenti capitulo facta, statuta, decreta, recipienda et servanda esse confirmo, salva Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Suae approbatione, idque in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen.

Caput II

Constitutiones in ordinem capituli concernentes.

Titulus I

Tempora statuta capituli celebrandi.

Unanimi consensu rdorum dnorum designati sunt dies generalibus capitulis annuatim celebrandis feria secunda post Dominicam in Albis et dies proxima sequens festum Nativitatis Beatissimae Virginis Mariae, particularibus vero, ex praescripto fundationis, prima quaque sexat feria cuiuslibet mensis celebrari, festo non impedita, alioquin alia sequens feria sexta capitulariter praestituta est. Extraordinaria capitula per adm. rdum dnum decanum ob negotia urgentia, quorum mora et dilatio vergat in damnum notabile ecclesiae, vel eius ministrorum, quocunque tempore indici possunt.

[6] Titulus II

De praesidente capituli eiusque officio.

Cum ratio et aequitas suadeant, ut in omni communitate bene ordinata sit semper unus, quem ceteri inspiciant, statuit, decernit et ordinat capitulum, ut decanus, vel eo absente praelatus maior, aut praelatis absentibus, cano-

---

*jątek zapisał w testamencie młodzieży akademickiej (20 VII 1638). Zmarł w 1639. Wiadomość o profesorach s. 36, 89 n.*

[9] *Sobór trydencki zobowiązał wszystkich duchownych, promowanych na godności kapitulne, do złożenia wyznania wiary przy obejmowaniu stanowiska (Sess. XXIV De reform. cap. 12). Concilii Tridentini canones et decreta. Ed. G. Smets. Bielefeld 1858 s. 154 n.*

nicus vocatione senior, in capitulis omnibus praesident. Eius autem officium erit capitulum convocare, in consessu articulos ad tractanda proponere, vota confratribus per ordinem distribuere, denique vota omnium per sententiam ex pluralitate et sanitate consilii concludere.

[7] Titulus III

De intimatione capitulares consultationis.

Placuit capitulo, ut praeses illius capita sive articulos deliberationis, ea tribus aut quatuor diebus capitulum generale praecedentibus, in scriptis per puncta distincte proponat, quorum decisio in capitulo futura. Hoc idem observandum constituit in capitulis particularibus mensium singulorum, in quibus, si negotium urgens aliquot ac difficultate involutum inciderit, tractandum, vel una saltem hebdomada de hoc idem negotio a rdo praeside capitulares certiores fiant. De quibus capitibus sive articulis rdi dni capitulares ita, vel soli secum, vel una cum confratribus deliberabunt, ut salvi sit ubique existimatio, decus atque practicae, in quo conscientiam uniuscuiusque iuxta formam iuramenti oneratam esse voluit ac decrevit.

Titulus IV

Quales admittendi cooptandique in capitulum.

Placuit capitulo nullum in posterum in ordinem capituli admittendum caoptandumque, aut iuris petrono commendandum, qui vel actu non sit subdiaconus, aut intra unius anni decursu non spondeat futurum. Quodsi per indulgentiam in minoribus ordinibus admittatur, tonsuram clericalem deferre debebit, sub poena iure descripta.

Titulus V

Cathedralium cooptatorum in capitulum Zamoscense praerogativa circumscribitur.

Statutum est, ut in posterum canonici Zamoscenses, licet aliqui ex iis modo sint [8], vel aliquando post fuerint, adsciti in capitulum cathedrae Chelmensis, vel cuiuspiam alterius dioecesis, numquam in ecclesia Zamoscensi praecedant ullo modo praelatos Zamoscenses, sed ordinem consuetum stalli Zamoscensis secundum vocationem suam teneant.

Titulus VI

De libertate ac moderatione in sententiis dicendis.

Cum ecclesiae sit utile, si facultatem quisque habeat libere quae sentit dicendi, constitutum est, ut quilibet dnorum de capitulo in suo loco liberam habeat suffragandi potestatem, absque alterius cuiusquam confratrum impedimento, qui non ex affectione privata, sed pro bono communi et iustitia, nec per chartam, sed viva voce debita cum modestia agere debet, secus facientis conscientiam oneratam esse volumus.

Titulus VII

De sententiarum diversitate et contradictione concilianda.

Cum iure cautum sit, quod pluribus et senioribus fratribus visum fuerit, ut ab omnibus observetur, praesenti decreto statutum est, ut in omnibus negotiis, honorem, utilitatem, necessitatem ecclesiae, aut capitularium, tangentibus, quod a maiori vel saniori parte capituli fuerit ordinatum, suum consequatur effectum. Admissum tamen est, quod si a paucioribus aliquid fuerit rationabilius, vel probabilius iurique magis conforme demonstratum, ut talis contradictio differatur ad tempus, in quo maior pars maturae deliberationis praehabita, praemissis rationibus et iuris conformitatibus [9] examinatis, Deum, iustitiam, aequitatem, honorem ecclesiae, vel ministrorum

illius prae oculis habendo, conscientiose definiat, quid utilius ecclesiae et capitulo fore iudicaverit. Quodsi maior rationibus et iuri paucioris et sanioris patris per temeritatem et abstinatam pervicatiam cedere noluerit, derimendae controversionis causa (ut in paritate votorum) loci ordinarium eundum esse, unanimi consensu capituli decreverunt.

Titulus VIII

De secretis capituli non revelandis.

Quoniam secretorum propalatio ac proditio consiliorum nihil cautum, nihilque tutum esse sinit, statuit vble capitulum et edicit, et sub iuramenti sacramento ac puritate strictissime prohibet, ut nullus dnorum de capitulo aliquod secretum capituli quovis modo, ullo umquam tempore, cuiquam revelet ac propalet. Quicumque autem, infidus honoris et salutis suae immemor, aliquod secretum capituli, merito celandum (utpote quod concernat detrimentum ecclesiae, vel odium, aut periculum salutis famaeque cuiusquam dnorum capitulorum, sive quod praesidens capituli pro secreto observandum iniunxerit) alicui detexerit, seu quovis modo revelaverit, nutu, verbo, scripto, signo vel facto prodiderit, sive propalaverit, talis, si manifeste innotuerit, vel de hoc sufficienter convictus fuerit, ultra reatum periurii, quo se irretitum noverit, nihilominus ad arbitrium dnorum capitulorum iuxta modum et quantitatem violati secreti puniatur. Quam constitutionem ad capitula particularia etiam et extraordinaria, nec non ad vicariorum ecclesiae, si quando in capitulis aliquid de his statuatur, admonitiones, poenas, correctiones, exclusiones et his similia extendi placuit.

Titulus IX

Constitutiones in generalibus tantum capitulis condendae.

[10] Statutum est communi consensu capituli, ne lex ulla vel constitutio, neve mulcta, vel poena ulla, tam ın praesentes quam in absentes confratres, statuantur, praeter quam in capitulis generalibus. Quidquid contra praemissa factum fuerit nullitatis vicio subiacebit, et auctor insuper arbitrio capituli puniendus decernitur. Constitutiones autem iuxta modum praescriptum rite conditae, numquam sine iusta legitimaque causa possunt abrogari, idque non nisi de communi consensu rdorum dnorum, tam praelatorum quam canonicorum in capitulo generali congregatorum.

Titulus X

De statutis capitulorum generalium observandis.

Frustra aliquid decernitur, nisi provideatur, ut decretis capitularibus contravenientes coerceantur. Decrevit igitur vble capitulum, ut decreta in negotiis ecclesiae et personarum de capitulo bonum honestum et utile ipsorum concernentibus, per maiorem et saniorem partem et multo magis de unanimi consensu scita et promulgata perpetuo firma et solida, absque quavis ullius contradictione permaneant. De poena in contradicentes vide infra sub titul. Leges poenales.

Titulus XI

De actis separatis capitulorum Chmelecensium.

Quandoquidem capitulum Chmelecense particulare nullo nititur fundamento, vel utilitatis publicae ecclesiasticae, aut confirmatione rdmi loci ordinarii; placuit vbli capitulo generali ipsum tanquam privatum abrogari, acta vero ipsius ad cognitionem rdmi loci ordinarii reservare.

Titulus XII

De actis et constitutionibus capituli generalis et sigillo.

[11] Acta et constitutiones capitulis generalibus scitae mandari debent

executioni et non in privata, ut hactenus, sed in publica custodia una cum sigillo, secundum legum praescriptum asservari.

Caput III

De officio cleri in ecclesia callegiata Zamoscensi.

Titulus I

De officio adm. rdi dni decani.

[12] Innitendo privilegiis felicis recordationis Clementis VIII[10], tum piae memoriae illustris fundatoris Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis et laudabilibus provinciae primatialis Gnesnensis ecclesiarum consuetudinibus, statutum est, ut rdo dno decano cura omnis ecclesiae et eius administrationis incumbit, hoc est ut cura tota pastoralis in ecclesia penes decanum existat. Eius providentia sacramenta debito ordine in ecclesia administrentur et officia divina rite, absque omni impedimento cuiusquam praelatorum, aut canonicorum vicariorumque collegio, peragantur. Admonitio et correctio vicariorum in vita, moribus et cohabitatione, officii itidem sedula functione decano incumbat. Quodsi aequitate animi debita admonitionem rdi decani non receperint, in capitulo particulari a praelatis et canonicis capitulariter corrigantur. Iidem vicarii, si quando noviter ad ministerium ecclesiae adsciscantur, decano praesentari debebunt, a quo de ordinibus, consuetudinibus diligenter examinati, recipi poterunt, salva rdmi loci ordinarii pro confessionibus excipiendis approbatione. Idem decanus, pro more hactenus recepto, vicarios quatuor suo stipendio fovebit, de quinto, quem iuxta fundationem alere tenetur, cognitio ad decisionem illmi et rdmi loci ordinarii feliciter moderni dni Mathiae Lubieński episcopi Chelmensis[11], ex decreto Suae Celsitudinis, super eadem causa interposito, reservatur. Eiusdem quoque rdi dni decani munia esse statuitur, scholae parochialis rectorem bene moratum et liberalibus disciplinis decenter instructum providere, qui iuventuti prima literarum rudimenta methodice tradere et eos pietate, aliisque virtutibus imbuere sciat. Idem vero rector, ut cantorem adolescentes in cantu ecclesiastico peritos teneat et, ut tam ipse, quam illi ita honeste vivant, prout eos decet, qui ecclesiastico ministerio sunt mancipati. Praeter hos organarium quoque [13] rdus dnus decanus in sua cura aereque habebit. Campanatorem vero portione stipendii una cum rdo dno custode providebit. Quibus sumptibus, si onustum se sentiat, benignitas illmi patroni ecclesiae in subsidium erit compellenda.

Titulus II

Admonitio menstrua cleri rdo dno decano committitur.

Admonitiones cleri totius prima quaque sexta feria mensis, vel alia die commodiori a rdo dno decano, vel illo absente aut occupato a superiore praelato vel canonico fiet verbis conceptis in fundatione ecclesiae, quorum tenor est non expressus. Admonitio et cura domus hospitalis eidem rdo dno decano, tanquam curato plena capitulari constitutione committitur; in ordinatione rdmi dni loci ordinarii magistratus civitatis ei adiungitur, ubi pleraque alia de officio rdi dni decani proponuntur.

Titulus III

De officio rdi dni scholastici.

Secundus in ordine Capituli Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis praelatus est scholasticus, cuius officium instrumento fundationis et praescriptum quoad Academiam. Is presbyter esse debet, ac diebus dominicis et festis per

---

[10] *Klemens VIII papież rządził Kościołem w latach 1592—1605.*

[11] *Maciej Łubieński, zob. dok. nr 22 przyp. 2.*

ordinem vicis suae rem divinam facere, processiones diebus dominicis et aliis in ecclesiae consuetis dalmutiatus obire, ad studia ordinemque Academiae professorum diligentiam, mores, pietatem, iuventutisque in literis ac virtute profectum praecipue attendere. Bona Academiae recte ac fideliter administrare, perceptorumque et expensorum iustas rationes in capitulo generali quotannis referre, nec non alia, quae officii sui sunt, sedulo facere sub poena detractionis certae partis proventuum, vel alia graviora in negligentem arbitrio rdmi dni loci ordinarii statuenda.

[14] Titulus IV

De officio rdi dni custodis.

Custodis, in ordine tertii praelati, officium erit thesaurum ecclesiae, ornamenta atque apparatus in sacristia asservare, quae omnia iuxta inventarium manu rdi dni decani subscriptum tradi debebunt. Vicecustodem, si commodum ei videbitur, unum ex vicariis habebit. Campanator in eiusdem potestate erit, qui ad illius ordinationem et signum campanarum, propter obeunda divina officia, statutis horis dabit et ecclesiae luminaria de iure communi competenter vel accendet vel extinguet, altaria ratione festorum et temporum cooperiet et, ne quid ex illis die nocteque depereat, providebit. Hostias pro sufficientia ecclesiae mundas officiet. Apparatus sacerdotibus rem divinam ad altare instruentibus tempestive ac decenter cum aliis ad missae sacrificium requisitis praeparabit. Processiones diebus dominicis et aliis in ecclesia consuetis dalmutiatus obibit, actu presbyter erit, et rem divinam diebus dominicis et festis per ordinem vicis suae faciet. Gazophylatium maius et minus servabit, rationemque tam percepti quam expensi in capitulis generalibus capitulo reddet. In absentia rdi dni custodis regendi campanatoris ius ad aliquem ex praelatis vel canonicis deferatur, de quo ante suam discessionem dictus rdus dnus custos cum praenominatis rdis dnis praelatis vel canonico in charitate communicabit.

Usus ecclesiasticae supellectilis personis ac temporibus accommodatus.

Dispositio supellectilis ecclesiasticae apta usui personarum ac temporum ad rdum dnum custodem ecclesiae partinet. Ius monendi vicarios, si non satis moratis dalmaticis, aut alio apparatu utantur, eidem conveniet. Cappis pretiosioribus rdi dni praelati et canonici utentur ordinarie in omnibus processionibus, quaecunque per annum cum Venerabile Sacramento peragentur, praeter dies infra octavam Ssmi Corporis Christi, in huius tamen prima solemnitate [15] a primis vesperis usque ad secundas inclusive et dominica infra octavam in missa et vesperis, nec non ipso die octava in utriusque vesperis et missa ad processiones duntaxat earundem usus erit. Praeterea die S. Paschae in processione utraque, tam infra matutinum quam intra missam solemnem, item Ascensionis Domini, ipso die festo Pentecostes, die Natalis Domini et Omnium Sanctorum, saltem quando in diem dominicam inciderit.

Asservatio rerum ecclesiae custodi committitur.

Supellex argentea, apparatus omnes, luminaria ex funebris obvenientia in sacrario ecclesiae sub tutela rdi dni custodis recondi et in usum ecclesiae communem converti debent. Pecunia quoque ex funeribus fidelium per eundem exigi et capitulo repraesentari adnumerarique cum obligatione calculi referendi decernitur. Ad eundem iuxta canones et decretum capituli piorum legatorum et pecuniae censualis exactio et distributio cum consensu rdi dni decani scituque pertinebit. Is exactis omnibus inter celebrantes distribuet et negligentias notabit vicariorum, puniendosque rdo dno de-

cano deferet. Quoniam vero magna impietas est fraudare suffragiis defunctos, ideo, ne ob vicariorum parvitatem penitus intermittantur, visum est capitulo, ut missae votivae pro defunctis in tabella ordinatae per rdos dnos praelatos et canonicos itemque mansionarios et religiosos, salva portione ex censu debita sacrificanti, celebrantur. Ad rationes perceptarum hoc nomine et expensarum pecuniam rdus dnus custos in capitulis generalibus obligatur. Praeterea ex ordinatione rdmi eidem rdo dno custodi praescribitur, ut pretiosa supellex munda ipsius provisione et bene disposita intra templi sacrarium asservetur, et semel ad minus singulis anni quartualibus per eum revidetur. Item, ut libri ad cantum ecclesiasticum necessarii, utpote psalterium, antiphonarium et graduale, qui in ecclesia desiderantur, quam primum ex praescripto proxime praeteritae synodi Petricoviensis [12], novis typis revisi fuerint, ex aliqua ecclesiae pecunia per eum comparentur. Privilegia denique huic Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis servientia et publica scriptura per eum conserventur.

[16] Titulus V

De officio rdorum dnorum canonicorum.

Canonici processiones diebus dominicis et aliis, in ecclesia consuetis, dalmutiis induti obire debebunt. Iidem diebus dominicis et festis ad populum celebribus, tum in feriis Maioris Hebdomadae ante Pascha (praeter feriam secundam), die s. Marci Evangelistae, tribus item diebus Rogationum, in vigilia Pentecostes, per octavam Ssmi Corporis Christi, legitime non impediti, missas conventuales per se vel confratres, aeque praelati prout canonici, calebrabunt, officio utrarumque vesperarum et missae conventualis in festis celebribus itidem frequentes aderunt, sub poena trium grossorum carbonae ecclesiae applicandarum. Iisdem dnis canonicis ex praescripto fundationis incumbet, vicarios quatuor ex bonis Chmielek [13], stipendio annuo flor. 70 in singulos adnumerato, fovere una cum rdo dno scholastico.

Titulus VI

De controversia inter adm. rdum dnum custodem Laurentium Starnigelium [14] et Albertum Bodzecki scholasticum de loco in stallo anno 1611 mense novembri.

Deputati erant ab illmo ac rdmo dno Georgio Zamoyski episcopo Chelmensi commissarii ad sopiendam hanc causam adm. rdus dnus Ioannes Wyrzykowski [15] canonicus, vicarius in spiritualibus et officialis generalis Chelmensis, et adm. rdus dnus Nicolaus Kisslicius decanus infulatus Zamoscensis, qui auditis ex utraque parte rationibus decreverunt adm. rdum dnum scholasticum conservandum esse debere penes locum in stallo secundum post adm. rdum dnum decanum, custodi tertius debebitur. Eidemque adm. rdi custodi et successoribus perpetuum silentium super ea causa impositum, quod utraque pars recepit.

Titulus VII

De residentia praelatorum et canonicorum.

[17] Omnes praelati et canonici ad residentiam personalem, nisi legitime

---

[12] *Synod prymacjalny piotrkowski arcybiskupa Jana Wężyka z r. 1628, w statucie* De libris ecclesiasticis imprimendis, *polecił Andrzejowi Piotrkowczykowi wydanie ksiąg liturgicznych. Synodus provincialis Gnesnensis provinciae sub R.D. Ioanne Węzyk archiep. Gnesn. —— Petricoviae 1628 celebrata. Cracoviae 1629 s. 96 n.*

[13] *Chmielek, zob. dok. nr 6 przyp. 9.*

[14] *Wawrzyniec Starnigiel, zob. przyp. 8.*

[15] *Jan Wyrzykowski, kanonik i wikariusz generalny chełmski, bliżej nieznany.*

fuerint impediti, teneantur; etsi omnes adesse non valeant, ad minus duo vel praelati vel canonici, aut praelatus cum canonico, singulis dominicis ac festis ad populum celebribus ad residentiam erunt obligati.

Titulus VIII

Quibus sacrorum officiis capitulares interesse tenentur.

Constitutum est unanimi consensu, ut omnes rdi dni praelati et canonici praesentes diebus dominicis et festis ad populum celebribus missis conventualibus intersint, processiones dominicales dalmutiis induti, alias quoque ex usu ecclesiae receptas, decenti cultu obeant. Festis solemnibus officio utrarumque vesperarum itidem adsint frequentes, sub poena sex grossorum carbonae ecclesiasticae applicandorum, nisi se legitime impeditos fuisse capitulo probaverint. Matutinum vero devotioni cuiusque committitur.

Titulus IX

Munus rdmorum dnorum capitularium in officiis divinis peragendis.

Cum fundatione requirantur tam praelati quam canonici ad ecclesiam residentes, ut diebus dominicis et festis sacris operam navent, aliarum ecclesiarum observantiam vble capitulum imitando statuit, ut scholasticus, custos et canonici secundum ordinem suam quisque septimanam teneat, in qua missas cum primis et secundis vesperis tanquam hebdomadarius, per se vel alium confratrem decantare sit adstrictus, quodsi loco suo alium non substituerit, grossos 15 celebranti confratri dominicis et festis singulis sub poena graviori arbitrio capituli imponenda persolvet. [18] Ad hoc tamen functionibus ordine rdus dnus decanus de consensu capituli propter dignitatis praerogativam exemptus est, cum isthac utique cautione, ut omnibus festis solemnioribus propter ornamentum ac decus ecclesiae pro beneplacito suo pontificaliter celebret, nec ab ullo ex praelatis et canonicis sub poena arbitraria capituli impediatur.

Ad muneris sui functionem capitulares minorum ordinum teneri. Consensu item unanimi constitutum est, praelatum pridie atque canonicum etiam in minoribus ordinibus ad observationem hebdomadarii officii obligari.

Titulus X

De officio concionatoris.

Concionator in omnibus punctis et clausulis conformabit se constitutioni synodi Petricoviae anno Domini 1607 de praedicatione verbi Dei et de promulgationibus a concionatore faciendis [16].

Alia constitutio de eodem.

Cum munus praedicationis praecipuum sit in Ecclesia Dei, statuit vble capitulum, ut praedicator huius ecclesiae ordinarius per se accurate munus hoc, tam sanctum, ad salutem fidelium exerceat. Quodsi eum contigerit abesse, sufficientem et a rdmo loci ordinario approbatum substituat, de eoque rdum dnum decanum per se, vel per aliam personam idoneam, certiorem faciat. Si autem aliqua negligentia per eum commissa fuerit, toties quoties eam admiserit, pro singulis concionibus neglectis unam marcam irremisibiliter persolvet, quae cedet huic, qui operam vicariam pro illo subibit.

---

[16] *Synod prymacjalny kard. B. Maciejowskiego z 1607 r., w statucie De doctrina fidei catholicae propaganda, podał pewne przepisy, dotyczące formy, treści i czasu głoszenia kazań w kościołach katedralnych, kolegiackich i parafialnych. Concilium provinciale Regni Poloniae, quod —— Bernardus Maciejowski card. et archiep. Gnesn. —— habuit Petricoviae 1607. Cracoviae 1630 k. Bn.*

Constitutio de eodem III.

Personas, praesertim ecclesiasticas, dignitate constitutas in concionibus carpere, cum sit iure prohibitum, decernit vble capitulum, utsi aliquando concionator [19] (quod absit) contra charitatem fraternam aliquem ex praelatis aut canonicis, immo etiam ex saecularibus, notare oratione et verbis profundere praesumpserit, ex tunc habebit facultatem vble capitulum eiusmodi concionatorem poenis legum coercendi et in officio continendi.

Ex ordinatione rdmi loci ordinarii de eodem.

Concionator ita suae functioni imcumbat, ut et publica vitia, quae in hac civitate invaderunt, radicitus evellere et virtutes ac pietatem in animis hominum quam maxime inserere studeat. Quoties autem vitia aliqua pro munere suo reprehendit, numquam ad mores particularium personarum describendos ita descendat, ut de quo sit sermo ab aliis intelligi possit. Ipse etiam quod verbis docet, re ipsa praesentare et ceteris exemplo omnis honestatis ac pietatis pro virili esse contendat. Denique cum mutua charitas omnium Christi fidelium quidem, sed praecipue sacerdotum sit tessera, eam cum omnibus quidem, sed maxime cum confratribus suis inviolatam conservare et pacifice cum illis vivere deinceps studebit.

Titulus XI

De vita et honestate capitularium et officio monitorum.

Quia sicut praelati quosque sibi subditos dignitate et auctoritate praecellunt, ita moribus, vita, habitu et conversationis honestate praecedere debent eosdem. Constitutum est, ut praelati et canonici vblis huius capituli in vita et moribus sese conforment constitutionibus dioecesanis et provincialibus, tum sacrorum canonum, praecipue s. concilii Tridentini decretis, et quantum per gratiam Dei fieri poterit, et zelum suae atque animarum sibi creditarum salutis ea observare studeant. Si tamen (quod Deus avertat) contigat aliquem ex confratribus, aut per ignorantiam, sive infirmitatem, aut per malitiam exorbitare, admonitionis fraternae locum esse voluit, et simul decrevit, ut duo ex confratribus, incipiendo a iunioribus in capitulo generali [20] ad hoc munus constituti, ad capitulum itidem generale hoc officio monitionis fungantur, quarum privatae amicaeque suggestioni, si monitus parere contempserit, vbli capitulo deferatur, a quo vel pro culpa modo permissu illmi ac rdmi dni episcopi puniatur, vel puniendus ad iurisdictionem ipsius remittatur.

Titulus XII

De dissidiis inter confratres discordes componendis.

Quia saepius contigit inter praelatos et canonicos iurgia et controversias exoriri, quae si propalentur, possent non solum discordantibus inter se, sed etiam toti capitulo deferre non modicam opinionem levitatis et eosdem ad indignas lites et sumptus minus vitales inducere, idcirco, praemissis opportune consulendo, decretum est, ut quotiescunque inter confratres sive in capitulo consessu, sive extra, aliquae simultates animarumque dissensiones inciderint, compositio earum per confratres media charitate omni modo tentetur. Quodsi nihil hac via proficiatur, per monitores, vel per ipsosmet litigantes ad cognitionem capituli deferantur, neque ad forum contentiosum deducantur, nisi alterutra pars atrox gravamen, arbitrio capituli per hoc sibi fieri sentiat. In universum fratres monentur communi scitu capituli, ut inter se mutuam charitatem exerceant, simultates et discordiam fugiant, lites et contentiones devitent. Si quis autem ex confratribus talibus capituli decretis contravenire ausus fuerit, is pro turbatore pacis ac tranquilitatis hoste censeatur poenisque capituli arbitrariis sit obnoxius.

[21] Titulus XIII

De officiis vicariorum.

Vicariorum muneris erit rdis dnis decani, scholastici, custodis, canonicorum decenter onera consueta in ecclesia supportare, sacramenta administrare, curam animarum rdi dni decani vice sustinere, officia divina tam diurna quam nocturna distincte, congruenter et accommodate incidenti pro tempore festivitati, non lubrice, nec distorte ac festinantes, nec item minus morose, sed graviter ac modullatim decantare.

De disciplina eorundem.

Placuit vbli capitulo disciplinam vicariorum constitui debere, primum in decenti absolutione divinorum officiorum, postea ut scandala notoria in vita et moribus eorum tollantur, tum ut occasiones omnes diffamationis ab iis praecidantur, quod facile perficient, si domi se in occupatione honesta, vel lectione et studio contineant. Si Deo non ad oculum, sed fida animi sinceritate deserviant, si iuxta leges a vbli capitulo, vel revisas vel de novo traditas, vivant. Quodsi admonitionem refractarie contemnere voluerint, metuendum illis erit, ne capitulum vble ad inquisitionem officiosam et animadversionem procedendi necessitantem sibi impositam suscipiat. Quodquidem vicariorum mores adeo sunt dissoluti, ut iam admonitionibus corrigi nequeant, vivunt ut volunt, descendunt quondo libuerit, crescente in dies licentia ex eorum paucitate, placuit vbli capitulo rdmum loci ordinarium eo nomine per literas compellere ac petere, ut ad refrenandam tantam insolentiam concedat alicui ex capitularibus delegatam potestatem vitiosos ac delinquentes puniendi.

Decretum rdmi super hoc postulato.

Relaxando decretum ordinationis ex visitatione latum, quo rdo dno decano ex delegata potestate concessum fuit vicarios ecclesiae suae discolos et inobedientes ad se citatos, levioribus duntaxat poenis, puta ieiunii, disciplinae, privationis ferculorum, esculentorum, vel divinarum obventionum, coercere comprimendae insolentiae, passim delinquentium causa durioribus remediis contra duras cervices opus esse, laxamque in vitium animi pravitatem, validioribus nervis disciplinae constringere instituit, rdmus ea igitur de causa rdo dno decano dat et concedit potestatem de vitiis et excessibus dictorum vicariorum cognoscendi et in eos animadvertendi, procedendo contra discolos [22] et in enormibus statuique suo repugnantibus, culpis deprehensos, aut alias manifeste convinctos, ultra praedictas poenas ad poenam carceris, etiam remota quavis appellatione, in recenti commisso praefatum intelligendum. Id quoque addendum rdmus decreto suo et in posterum ex eventu cautionis vice observandum esse censuit, ut quotiescunque per promotionem alicuius a collegio vicariorum ad beneficia curata praesentationi illmi dni Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis patroni numerum collegii diminui ministerioque ecclesiae memoratae decedere contigerit, non prius collati sibi beneficii parochialis possessionem quispiam consequatur, quam in locum suae cessionis vacaturum alium, aeque idoneum numero vicariorum adiecerit, pro eoque cum aliis ministerio obligaverit. In genere autem admonitos eosdem vult rdmus, ut sobrietatem, castitatem pietatemque sedulo sectentur, otium, avaritiam, contentiones, rixas, illicitos contactus, mercimonia et alia saecularia negotia devitent. Lectioni sacrae et exercitio in casibus conscientiae invigilent, singulis octo diebus confiteantur, ad missae celebrationem diligenter se praeparent, examen conscientiae singulis diebus dormitioni praemittant, horas canonicas distincte ac devote decantent, sacramenta ecclesiae reverenter et gra-

viter et cum actuali intentione faciendi, id quod intendit ecclesia, administrent, saluti parochianorum sedulo invigilent. Et cum circa exactionem strenae quotannis domos obeunt, quae vitia, in qua domo vigeant, diligenter inquirant et ea, quae deprehenderint, quam primum eradicare funditus contendant. Ac denique omnibus aliis suis officiis respondere pro virili contendant. Ad eandem normam a rdmo dno loci ordinario praescriptam placuit capitulo disciplinam vicariorum in omnibus punctis et clausulis reduci.

Vicariorum provisio.

Vicarii praebendae Chmielecensis, quando desunt, cura rdorum dnorum scholastici et canonicorum suffici debebunt. Pensiones vero quorumvis indistincte vacantium pro singulis anni quadrantibus debitam in tres partes dividantur, quarum una dismembrationi actu laborantium in ecclesia, secunda et tertia in arcam communem eorumque cedat, usuique infirmorum et indigentium [23] e collegio suo confratrum ex sententia capituli opportune serviat. Circa eorum quoque servitia, penes ecclesiam obeunda, constitutum est, ut annua sint spatioque mensium duodecim circumscribitur, nec aliter hoc tempus locum deserere permittendi, quam si alium idoneum substituerint, idemque de his, qui parochias capessunt capituli sententia decretum.

[24] Caput IIII

De ordine officiorum divinorum in Ecclesia Zamoscensi.

Titulus I

De divinis officiis debito ordine ac tempore peragendis.

Placuit capitulo fieri reformationem missarum et aliorum divinorum officiorum eo ordine: primum ut matutinum singulis diebus a vicariis sine festinatione, nec praecipitanter, sed devote pro ratione festorum et feriarum; deinde ut continuentur officia a matutino usque ad conventualem missam, ne qua interruptio fiat. Praeterea sacrum maturum a vicariis decantetur immediate post tertiam secundum ordinem missarum votivarum in Missali praescriptarum, vel pro ratione temporum conventuale, ex praescripto et ordine ecclesiae; nona hora post summam missam conventualem divina officia per decentationem finientur. Diebus festis et solemnibus rdi dni praelati vel canonici in primis et secundis vesperis festorum antiphonas per ordinem in choro inchoabunt. Initia psalmorum et hymnorum per vicarios inchoata schola perficiet.

Titulus II

Missa de Spiritu Sancto capitulis generalibus praemittenda.

Constitutum est, ut missa votiva de Spiritu Sancto ante inchoationem capitulorum generalium solemniter per aliquem ex praelatis vel canonicis et vicarios decantetur.

Titulus III

Missarum pro defuncto fundatore aliisque benefactoribus ordinatio.

Post singula quatuor anni tempora proxima feria secunda, celebri festo non impedita, alioquin sequenti feria, vespere pro defunctis cum processione peragentur [25], unus nocturnus cum laudibus et missa pro fundatore et ceteris benefactoribus celebrabitur. Officium autem hoc a praelatis et canonicis, vicariis scholaque decantabitur. Singulis etiam feriis sextis, celebri festo non impeditis, missa pro defuncto fundatore quotidiana a vicariis ecclesiae ordinarie loco maturi sacri legetur.

Titulus IIII

Missae pro defunctis fratribus celebrandae.

Visum est capitulo, exigente id charitate fraterna, ut consuetudine et usu

aliarum ecclesiarum cathedralium et collegiatarum, anniversaria in commune pro defunctis confratribus ex capitulo per decantationem missae infra capitula generalia bis in anno obeantur. Similiter defuncto aliquo ex confratribus, statim post primam notitiam de obitu, missa itidem ut in depositione defuncti decantetur, invitato etiam pro concione populo ad eam devotionem.

Titulus V

Missae pro defunctis ex piis legatis censuales.

Magna impietas est fraudare defunctos suffragiis, ideo ne ob vicariorum paucitatem etc., vide supra pagina 12 versu 16.

Altaris summi privilegium.

Apud altare summum ecclesiae huius nemini licere sacrum facere praeter praelatos et canonicos, sive ecclesiae huius ministerio adscriptos, sive extraneos, admissis etiam vicariis duntaxat his, qui ex ordine maturum vel conventuale sacrum facere singulis diebus tenebuntur, capitulariter decretum est.

Fundationes capellarum.

Capellae duae, una s. Nicolai, in qua officium Beatae Mariae Virginis [26] decantatur a rdo dno decano Zamoscensis ecclesiae Nicolao Kislicio, feliciter moderno, altera ss. Andreae et Mathiae Apostolorum, in qua tres votivae singulis hendomadis per continuam seriem distributae, videlicet de Ssma Trinitate, de Passione Domini et de Beata Maria Virgine, ut in Adventu, decantantur, a mgco dno Mathia Lesniowski Ratiborensi capitaneo [17] ac de scitu et consensu capituli fundatae sunt.

De pio ritu caeremoniarum patrono ecclesiae patronaeque exhibendo.

Placuit capituli, ut caeremoniae observentur in aspersione, thurificatione, oblatione pacis cum patena altaris velo cooperta per praelatos et canonicos in missis solemnibus et vesperis tum illmo patrono, quam patronae.

[27] Caput V

De bonis Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis.

Titulus I

De revisione bonorum ecclesiae.

Solent plerumque bona ecclesiae atributa per incuriam negligi et hac ex causa in eis dominorum conditio non melior, sed deterior fieri in grave detrimentum et praeiudicium ecclesiae atque capituli. Statuit igitur vble capitulum, singulis trienniis pro festo s. Michaelis unus praelatus alter canonicus cum notario capituli bonorum, aeque ad praelatos prout canonicos pertinentium, revisionem faciant. Et quacunque in eis meliorata vel deteriorata invenerint fideliter conscribant, et posthac ad rdos dnos in capitulo generali, ut et bene meritorum cuiusque ac demeritorum ratio, ut aequum est, habeatur.

Constitutio novissima de eadem.

Revisiones bonorum ecclesiae Chmielek, Matcze [18], Branewka [19] utiles et necessariae saepius in capitulis generalibus decretae et sancitae, cum hactenus, non sine gravi incommodo effectum suum non sunt sorcitae, decernit vble capitulum unanimi consensu, ut ante hac deputati rdi dni Novicampianus [20] custos et Zaremba canonicus [21] bona Chmielek et Branewka, septimana

[17] *Maciej Leśniewski, zob. dok. nr 31 przyp. 2.*
[18] *Matcze, zob. dok. nr 1 przyp. 5.*
[19] *Branewka, zob. dok. nr 6 przyp. 7.*
[20] *Wojciech Nowopolski (Novicampianus), zob. dok. nr 22 przyp. 11.*
[21] *Błażej Zaremba, bakałarz artium, profesor Akademii Zamojskiej, kanonik zamojski i proboszcz w Tarnogrodzie (1603). Zmarł 1638. Wiadomość o profesorach s. 37.*

vero tertia post festum Ssmae Trinitatis bona Matcze, sub poenis capituli arbitrariis, omnino revideant et inventarium, tam subditorum quam aedificiorum, et cetera capitulo repraesentent.

Titulus II

De procuratoribus bonorum Chmielek.

Inhaerendo postulationi illmi dni ecclesiae patroni, placuit vbli capitulo onus procuratorium duobus e capitulo super bonis Chmielek iniungere, quorum partes erunt omnes summas pecuniarum ex redditibus dictae villae, vel ab arendario pro tempore existenti, provenientes exigere et in arcam capitularem intra sacrarium, duplici clave claustroque munitam, deponere, ex aequo singulis anni quadrantibus rdis dnis scholastico et quatuor canonicis, itemque concionatori ac demum vicariis quatuor tempestive salaria numerare ac solvere.

[29] Caput VI

De sepultura ecclesiastica.

Titulus I

Sepulturae nobilitatis intra ecclesiam ordinatio.

Cum tam a nobilibus, quam a civibus sacella ecclesiae pro sepulturis, absque scitu et consensu vblis capituli indigna usurpatione, gravi cum scandalo ecclesiaeque detrimento, temere occupentur, temeritati tantae obviam eundo, placuit vbli capitulo, ut si in posterum sepulturam aliquis ex nobilibus vel civibus in sacello aliquo, vel aliqua parte ecclesiae, sibi degerit, non ante mortuum inferant in ecclesiam, aut apparet locum sepulturae, quam cum rdis dnis decano et capitularibus, tum forte apud ecclesiam praesentibus, componat. Primum ne vel nobilis vel quispiam alius inferioris conditionis temere et quasi iure suo attribuere sacellum praesumat, cum totius ecclesiae et sacellorum illique possesio et ius proprium sit capituli vblis totius, id est decani, praelatorum et canonicorum. Deinde, ut qui hactenus sepulchra cum sacellis sibi temere usurparunt, cum deputatis a capitulo de certa aliqua sacris canonibus conformi pensione, ne ecclesia per temerarias usurpationes sepulturarum, debitis necessariis fructibus et commodis summa cum indignitate et iniuria privetur. Quo nomine gnosi et mgci dni succamerarius Bełsensis et Ioannes Komorowski[22], gnosa item dna Trzcinska[23], gnosi olim dni Andreae Sredzinski[24] relicta, capituli nomine placide moneantur et requirantur, ut sepulturae intuitu pensionem legitimam et moderatam, consulendo necessitatibus ecclesiae mente pia hilarique minime denegent. Cuius compositionis causa a rdo dno decano ante alias cleri pactiones ad rdum dnum custodem et alios tunc praesentes capitulares Zamoscii remitti debebunt, salva immunitate et exemptione sacelli Academiae Zamoscensis.

Titulus II

De sepultura capitularium.

[30] Sacellum pro sepultura delegit sibi vble capitulum tituli et fundationis s. Nicolai; quoties aliquis ex confratribus illud sibi elegerit, pro devotione et liberalitate cuiusque voluntaria exornabitur.

Titulus III

De sepultura dnorum Literatorum.

Vble capitulum decrevit, ut in sepulchro altaris, quod vocant Literatorum,

---

[22] *Jan Komorowski, zob. dok. nr 23 przyp. 2.*

[23] *Elżbieta Trzcińska, zob. dok. nr 28 przyp. 11.*

[24] *Andrzej Średziński h. Leliwa, syn Stefana i Potockiej h. Janina, żonaty z Anną z Łaźnina h. Jelita.*

nemo sepeliatur, nisi in magistratu civili, consulari vel proconsulari, advocatiali, vel scabinali constitutus atque fraternitatis inscriptus sit portionemque funebralem ecclesiae pro arbitrio capituli persolverit. Quodsi supradicti magistratus, coniuges aut liberi, aut ex plebe ditiores fraternitati inscripti, sepeliri in eodem sepulchro voluerint, absque scitu, consensu et arbitrio capituli vblis largitioneque competentis eleemosinae, id facere minime permittuntur.

Titulus IIII

De confraternitate eorundem.

Confraternitatem Literatorum pro incremento cultus divini ac Deiparae Virginis Mariae constituendam legesque ad eadem confraternitate capitulo ad examen propositas perpendendas et recognoscendas decrevit. Ad quod munus deputati sunt rdus dnus decanus cum duobus dnis canonicis, Stephanide et Ursino[25], eoque peracto, illmo et rdmo dno loci ordinario, confirmationis causa, haec ipsa confraternitatis institutio ab ipsis literatis cum testimonio capituli offeretur.

Titulus V

De ecclesia et caemeterio Ianoviensi.

Ecclesia nova, opere ligneo iuxta mentem fundatoris cum caemeterio in suburbio Ianoviensi pro sepulturis oppidanorum, ut quam citissime impensis dni haeredis extruatur, instantia precaria ad illmum et rdmum loci ordinarium praemissa erit postulandum. Ac primum, ut locus ad eam aedificandam, authoritate illius designetur, deinde intercessione apud illmum patronum opus fabricae huius acceleratur laborantium. Curam aedificationis istius pietati et providentiae rdi dni decani capitulum commisit.

Titulus VI

De obventionibus funebribus.

[31] Funeralia custos percipiet et nonnulla ex his in usum ecclesiae, utpote precum loci intra ecclesiam, cereas ac faces convertet, nonnulla in partes diversas membratim distribuet, idque ad eum modum, ut si operimenta feretri atque equorum ex panno telaque fiant, oblatio item sive offertorium circa missam pro defunctis pro parte cedant rdo dno decano, pro parte altera dimidia collegio vicariorum. Si vero sint operimenta serica, sive super feretrum sive super equos, ad capitulum pertineant et inter dnos capitulares, qui praesentes exequiis interfuerint ex aequo distribuantur. Placuit autem ad eas obventiones neminem admitti, qui ad sacros ordines promotus non sit, vel in eorum executione non fuerit.

Titulus VII

De bonis fratrum intestato morientium.

Cum intersit maxime vbli capitulo, ut testamenta sive ultimae voluntates legitime instituantur et debitae executioni demandentur, dignum etiam arbitramur providentia capitulari, ut bona decedentium praelatorum et canonicorum ab intestatis derelicta, recte disponantur, statuit et ordinat, quod praelati et canonici huius capituli habeant liberam testandi facultatem de iure constitutionum provincialium tam antiquarum quam recentium. Porro ex bonis intestatorum, absoluta sepultura, persolutis debitis, expedita familia,

---

[25] *Jan Ursinus (Niedźwiedzki), syn Walentego, studiował we Lwowie, Krakowie i Padwie (1599 — medycynę), doktor filozofii i medycyny, profesor fizyki (1595), dziekan (1598) i rektor (1606—1607) Akademii Zamojskiej, kanonik zamojski. Zmarł 1 I 1613. Wiadomość o profesorach s. 36, 90 n.*

consolatis propinquis, anima defuncti et fabrica ecclesiae procuratis, quod reliquum erit arbitrio capituli disponatur.

Caput VII

De cura Academiae bonorumque illius.

Titulus I

In quibus Academia per Capitulum dirigenda sit.

Cum universa politia academiae tribus potissimum constare videbitur, primum fundatione et praescripto professionum, deinde dote academica sive fructibus reddituum, postremo legibus ac magistratibus academiae, quibus vita ac mores, tam professorum quam iuventutis laudabiliter formentur, visum est capitulo vbli, ut praesidentia et directio rdi dni scholastici cum capitulo supra academiam ex fundatione Ecclesiae et Academiae Zamoscensis iure optimo et interpretatione certissima ad omnia supra dicta pertinent, salva illmi patroni dni et haeredis super hoc articulo declaratione et consensu academicorum.

Titulus II

De administratione bonorum Academiae Bukowina[26].

Bona villae Bukowina rdus dnus scholasticus ex sententia capituli administrabit. Quo commodius autem id praestare possit, inventarium bonorum villae dictae, quam primum confici curabit ea forma, qua inventaria conscribi consueverunt. Quod residuum fuerit de summa 1000 flor. ad in arcam Universitatis in sacrario ecclesiae asservandum sub tribus clavibus deponetur, quarum una erit penes rdum dnum scholasticum, altera penes capitulum, tertia penes dnum rectorem academiae, usibus academiae ac professorum, vel rdi dni scholastici in compensationem laborum quam expensorum; proventuum calculum rdus dnus scholasticus capitulo reddet in consessu generali post festum Nativitatis Beatae Mariae Virginis fieri solito.

Titulus III

De disciplina studiosorum.

[33] Studiosi, ut in officio contineantur, eo potissimum modo a capitularibus promissum est, ut iuventus primum ad praescriptum legum et fundationis instituantur et exerceantur in literis. Postea, ut dissolutiones a magistratu saevere coercentur atque consiliariis academiae.

[34] Caput VIII

De constitutionibus poenalibus et interdictis.

Titulus I

De poena in absentes a capitulo.

Statuit vble capitulum, quod ad capitula generalia, statutis temporibus celebranda apud Ecclesiam Collegiatam Zamoscensem, omnes praelati et canonici per se convenire tenebuntur, illiusque interesse sub mulcta trium flor. a canonico, a praelatis superioribus 6 flor., a supremo praelato 9 flor., usibus ecclesiae arbitrio capituli applicandorum solvenda. Quas quidem mulctas incurrere voluit absentis vble capitulum, salvis legitimis impedimentis, super quibus eos placuit excusari. Qudosi confratrum aliquis abseque consensu aliorum, durante capitulo, sese absentaverit, mulcta in absentes sancita et vocis in capitulo pro tunc privatione puniatur.

Titulus II

De poena in contradicentes statuto capitulari.

Frustra aliquid decernitur, nisi provideatur, ut decretis capitularibus con-

[26] *Bukowina, wieś, pow. Tomaszów Lubelski, woj. lubelskie.*

travenientes coerceantur. Decernitur igitur vble capitulum, ut decreta in negotiis ecclesiae et personarum de capitulo, bonum honestum et utile ipsarum concernentibus, per maiorem et saniorem partem et multo magis de unanimi omnium consensu promulgata, firma ac solida permaneant, perpetuo absque ulla cuiusquam contradictione. Casu vero, quo aliqui eadem decreta temerarie infringere voluerint, tales tanquam turbatores ecclesiae et capituli de medio capituli eiiciantur, poena particularia arbitrio capituli mulctentur usibus ecclesiae applicanda. Nec ad consensum capituli prius admittantur [35], quam reconciliatio fratribus de offensione et pro temeritate condignam poenitentiam susceperint ac peragerint.

Titulus III

De poena in maledictos et contentiosos.

Cum reperiantur quidem ex confratribus adeo malitiosi et procacis linguae, ut obliti fraternae charitatis ac timoris Dei suaeque vocationis, audeant publice in stallo, in praesentia divinissimi Sacramenti, in oculis multorum fidelium ipsius quoque illmi ecclesiae patroni, alios confratres conviciis iniuriosis calumniae plenis proscindere cum scandalo gravissimo populi, idcirco vble capitulum concordi animo et consensu sancit et decrevit, ut si quis deinceps tale facinus tam scandalosum ac malitiosum publice in sacro ecclesiae attentare et perpetrare ausus fuerit, poena 10 marcarum irremissibiliter a capitulo puniatur in usum capituli convertenda. Quodsi secundo ac tertio idem facinus praesumpserit admittere, poena praedicta marcarum multiplicabitur. Crescente enim malitia poenarum quoque rigorem par est extendi. Supra expressam poenam nonnulli ex rdis dnis canonicis pro suo ordine uti alias mitigandam esse consueverunt, et ad rdmum dnum loci ordinarium pro decisione referendum esse existimaverunt, qui praemissa ad se appellatione rem sensuit componendam.

Titulus IV

Medicus in capitulum cooptatus a praxi abstineat.

Statuit vble capitulum, ne praelati vel canonici professione medici propter irregularitatis periculum artis suae facultatem exerceant, exceptis clericis, in quibus non subsit aliquod mortis periculum, quod conscientiae illius tanquam in arte sua periti relinquitur sub poena capituli arbitraria.

[36] Titulus V

Tonsura clericalis a capitularibus deferenda.

Ex statuto capitulari ab omnibus confratribus, etiam in minoribus ordinibus constitutis, tonsura clericalis circumferenda est sub poena iure communi expressa.

Titulus VI

Vicariis usus capituli interdicitur.

Capituli generalis scitu conclusum est, ne vicarii ad consultationes ullas capitulares admittantur, praeterquam si ad excipiendas communiones circa fundationem officii sui, vitae et morum exorbitantias, aut lapsus corrigendos ad consessus capitulares, qui singulis mensibus ex praescripto fundationis fieri debent advocentur.

Extravagantes

De constitutionibus capituli relegendis et ordinandis.

Placuit vbli capitulo constitutiones capitulares a prima origine relegi, examinari et delectum eorum fieri atque in unum volumen ab actis capitularibus conferri, cui negotio dies circa festum Pentescostes destinati sunt.

De ordinatione rdmi loci ordinarii ex visitatione capitulo porrecto in scripto.

[37] Ordinationem illmi ac rdmi dni episcopi Chelmensis, ex visitatione conscriptam, capitulum suscepit et debita cum reverentia perlegit, plena illius executione praeter certa quaedam puncta, quae ordinem ecclesiae concernat et disciplinam vicariorum ad tempus consecrationis ecclesiae pro decisione rdmi reservata.

## Nr 40

Kapituła zamojska przyjmuje zapis na rzecz seminarium.

*Zamość, 4 VI 1663.*

*Kapituła zamojska na posiedzeniu generalnym przejmuje zapis 10000 flor. pol. ze strony Stefana i Doroty Zamoyskich na ufundowanie 5 stypendiów dla seminarzystów i 6-go dla seniora. Legat zabezpieczono na hipotece dóbr Orłów, Wola Orłowska i Kryniczki. Seminarzyści przed przyjęciem święceń mają specjalnie przygotować się do głoszenia kazań i ćwiczyć się w znajomości muzyki kościelnej. Kapituła zobowiązuje się czuwać nad wprowadzeniem w życie fundacji.*

**Or.** *nieznany.*
**Kop.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 272: Liber documentorum seminarii clericorum Zamoscensis s. 18—19 (Kopia z XVIII w.).*

In nomine Domini amen. Nos capitulares Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis, decanus, scholasticus, custos, canonici, significamus praesentibus literis nostris. Quod anno 1663, die 4 iunii, in domo decanali, legitime per decanum vbli capitulo congregato, veniens personaliter mgcus dnus Stephanus in Zamoscie Zamoyski castellanides Leopoliensis [1] pia intentione ad honorem Dei omnipotentis et Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis decorem summam 10000 flor. polon. in vim reemptionis, alias in wyderkaff, super bonis suis haereditariis seu sortis villarum Orłow [2], Wola Orłowska [3] ac tota villa Kryniczki [4], cum mgca Dorothea de Leszczkow [5] consorte sua legitima, coram actis castrensibus capitaneatus Crasnostaviensis inscribere, et ab eadem summa census annui 800 flor. polon. quotannis statutis temporibus, in inscriptione praefata specificatis, persolvere se promiserit, idque pro fundando penes eandem ecclesiam seminario personarum quinque, senioris vero sexto, his conditionibus, ut personae praefatae quinque, habiles et idoneae, ad congregationem istam seminarii recipiantur tales, quae aetate ad recipiendos post elapsum biennium sint competenti (elapso enim biennio alii fundatorum debebunt), ex quibus, a fortuna destitutis, proprii ad vitae sustentationem ac accessum ad statum spiritualem sumptus non sufficiant. Officia illorum eiusmodi futura, ut in literis, musicaque sese exerceant, ac ad munus praedicandi verbi Dei, tum illorum donum caelitus largitum fuerit, se applicent. Privilegia seorsiva per eosdem mgcos Zamoyskie coniuges praemissorum rationum gratissimo animo suscipiens ad effectum optatum deducatur, Deum optimum maximum

---

[1] *Stefan Zamoyski, syn Wacława i Zofii Pszonczanki, kasztelan kijowski (1662) i lwowski, żonaty z Dorotą Leszczkowską (1662). Zmarł w 1682.* W. Dworzaczek, *jw. tabl. 135.*
[2] *Orłów, wieś, pow. Krasnystaw, woj. lubelskie.*
[3] *Wola Orłowska, wieś, pow. Krasnystaw, woj. lubelskie.*
[4] *Kryniczki, wieś, pow. Krasnystaw, woj. lubelskie.*
[5] *Dorota Leszczkowska, zob. przyp. 1.*

orat, obligans et submittens se et successores suos, non tam intuitu rigoris iuris, quam conscientiarum onere, eandem fundationem praefatorum mgcorum Zamoyskich coniugum in nullo etiam subsequentis anni temporibus, immutari, nec eandem summam pro congregatione isto seminarii fundatum, in aliud opus converti, vel teneri, immo quatenus ea fundatio in omnibus suis conditionibus effectum suum sortiatur operam suam navent. In maiorem vero praesentium literarum fidem — —. Actum Zamostii die 4 iunii anno 1663.

## Nr 41

Oświadczenie biskupa Leżeńskiego w sprawie przywilejów kolegiaty zamojskiej.

*Zamość, 30 IX 1663.*

*Tomasz Leżeński, biskup chełmski i administrator opactwa wąchockiego, podczas wizytacji generalnej Kolegiaty Zamojskiej, na prośbę kapituły wydaje dokument, mocą którego zaświadcza, jakie prawa, zapisy, przywileje posiada Kapituła i Kolegiata Zamojska. Dokumenty te uległy spaleniu w czasie pożaru miasta i kolegiaty w dniu 18 IV 1658 r.*

**Or.** *nieznany (Nie istniał już w 1696 r.).*
**Kop.:** **1.** *ADL Nr 232: Liber privilegiorum 1696 et 1699 s. 9—13.*— **2.** *Nr I—152: Acta visit. 1714—1717 k. 367'—372.*— **3.** *Bibl. PAN Kraków. Sygn. 2387/I: Zbiór dokumentów z XVI—XVIII w. k. 68—71 (Kopia z XVIII w.).*— **4.** *Sygn. 2383/I: Documenta ad civitatem 1580—1782 s. 130—138 (Wg kopii 1). Tytuł wpisu:* Testimonium illmi dni loci ordinarii super privilegia Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis et parochialis Szczebrzeszynensis post conflagrationem primaevorum scriptorum datum.

Ad perpetuam rei memoriam. Thomas de Leżenice Leżeński Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Chelmensis, abbatiae Wanchocensis administrator perpetuus[1]. Omnibus et singulis — — salutem in Domino. Cum nihil sit in rebus humanis firmum ac stabile, ipsa quoque monumenta, quibus ad perpetuandam memoriam in successoribus et posteritate conservandam utimur, facile diversis casibus intereunt, prout in gravi ac violento incendio Zamoscii contigit die 18 aprilis anno Domini 1658, ubi maxima pars oppidi cum arce et domibus, ecclesiae collegiatae adiacentibus, absumpta est simul et cum privilegiis, fundationibus, munimentis magna ex parte per idem incendium amissis; supplicatum est nobis per vble capitulum praelatorum et canonicorum ac universum clerum Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis, circa visitationem generalem totius dioecesis nostrae Chelmensis, nec non ipsius praedictae ecclesiae collegiatae in anno Domini 1663, mense septembri factam, quatenus huic damno notabili subveniremus ac pro nostri pastoralis officii ratione, ea omnia quae partim ex derelictis diversis in locis privilegiis, partim ex usu recenti et consuetudine immemorabili in unum collecta, authoritate nostra ordinaria descripta et approbata posteritati conservaremus. Quod non gravate fecimus omnia et singula exequi curando, approbando et robur ac fidem adiiciendo.

Et quidem quoad Ecclesiam Collegiatam Zamoscensem; ista erecta et fundata est ab illmo piae memoriae Ioanne Zamoyski cancellario Regni et exer-

[1] *Tomasz Leżeński, biskup chełmski i administrator opactwa wąchockiego, syn Jerzego h. Nałęcz i Anny Drohojowskiej h. Korczak doktor obojga praw, kanonik (1631), a następnie archidiakon sandomierski (1633), opat wąchocki (1648), biskup chełmski (1657—1667), a następnie łucki (1667—1675). Zmarł w 1675 r. J.* Wiśniewski: *Katalog prałatów i kanoników sandomierskich od 1186 do 1926. Radom 1928 s. 150 n.*

cituum duce generali [2] anno Domini 1594, mense decembri [3], in qua tres dignitates seu praelati erecti sunt per Clementem VIII pontificem maximum anno eadem 1594 [4]. Quorum primus est decanus infulatus, cui ex ordinatione supra dicti Ssmi Clementis VIII conceditur in perpetuum usus mitrae, annuli, baculi pastoralis ac aliorum quorumcunque pontificalium insignium ad instar abbatum usum mitrae et baculi habentium, in ipsa ecclesia collegiata et extra illam de licentia episcopi, tum solemnis benedictio in pontificalibus post missam, et aliorum officiorum sollenia. Penes quem cura omnis ecclesiae Zamoscensis et eius administratio esse debet. Ab assidua tamen residentia una cum aliis praelatis et canonicis liber efficitur. Cum eius et aliorum praelatorum onera vicarii in ecclesia constituti supportare debeant. Usus item rochettae intra ecclesiam Zamoscensem et benedictio ac consecratio ornamentorum, paramentorum, in quibus sacrum chrysma non adhibetur, conceditur. Bona item Matcze [5], Liszki [6] ac Wolka [7] eidem assignantur, Alter praelatus scholasticus, cuius officium ita describitur: academiam invisere, academiae rectorem identidem commonefacere, ut meminerit quam personam sustineat, academicos ad recte praestanda officia sua, prout iis iniuncta sunt in ordinatione academiae, cohortari, castigare negligentiores. Lectores cum iudicio ac consilio capituli et professorum academiae sufficere idoneos; quo in officio, si scholasticus claudicaverit, a collegio capituli admonendus erit, et si perseveraverit negligens esse, communicato consilio cum academicis subrogandi lectores digniores ius conceditur, prout ex privilegio a Sigismundo rege Poloniae dato patet [8]. Is cum quatuor canonicis, concionatore et quatuor vicariis, habet bona, villas nempe ad oppidum Tarnogród [9] sitas: Chmielek [10], Rakowka [11] et Zawadka [12], in quarum usu et pacifica possessione sunt. Tertii praelati, rdi custodis, officium est thesaurum ecclesiae, ornamenta, apparatus et omnia, quae ad sacristiam pertinent, in sua cura et administratione habere. Cui villa ex fundatione assignata est Branewka [13] vulgo dicta, vicina oppido Goray [14]. Cetera ad dictam ecclesiam collegiatam Zamoscensem spectantia, tum ex privilegiis, quae supersunt integra, tum ex constitutionibus vblis capituli a nobis circa visitationem approbatis et sigillo cum subscriptione manus nostrae propriae communitis, tum etiam ex fundatione et summis pecuniariis in censum reemptionalem datis per adm. rdum dnum decanum modernum seorsim collectis, descriptis et a nobis iterum approbatis patebunt.

Quod vero attinet ecclesiam parochialem Szczebrzeszynensem [15], ista fundata est et erecta sub titulo s. Nicolai pontificis et confessoris ante ducentos sexaginta et aliquot annos, anno videlicet 1397 sub illud tempus, quo nec metropolitana sedes Leopoliensis in Russia, nec episcopalis in terra Chel-

---

[2] *Jan Zamoyski, zob. dok. nr 1 przyp. 2.*
[3] *Zob. dok. nr 4.*
[4] *Zob. dok. nr 5.*
[5] *Matcze, zob. dok. nr 1 przyp. 5.*
[6] *Liski, zob. dok. nr 1 przyp. 6.*
[7] *Wólka k. Werbkowic, pow. Hrubieszów, woj. lubelskie.*
[8] *Zob. dok. nr 8.*
[9] *Tarnogród, wieś, pow. Biłgoraj, woj. lubelskie.*
[10] *Chmielek, zob. dok. nr 6 przyp. 9.*
[11] *Rakówka, zob. dok. nr 6 przyp. 10.*
[12] *Zawadka, wieś, pow. Biłgoraj, woj. lubelskie.*
[13] *Branewka, zob. dok. nr 6 przyp. 7.*
[14] *Goraj, miasto, pow. Biłgoraj, woj. lubelskie.*
[15] *Szczebrzeszyn, zob. dok. nr 6 przyp. 13.*

mensi constituta fuerat[16]. Erexit hanc et fundavit vir incomparabilis, mgcus dnus Demetrius haeres de Goray et Szczebrzeszyn[17], dato privilegio pergameno scripto de data et actu in Szczebrzeszyn die sabbathi ipso festo s. Michaelis Archangeli anno Domini 1397[18], assignatis decimis tum post agros oppidi Szczebrzeszynensis, quam post agros nobilium vulgo Manorum in districtu speciali Szczebrzeszynensi (extat nunc hic districtus et iudicia terrestria suis celebrantur temporibus) circumcirca consistentium, quicunque pro suo beneplacito ecclesiam Szczebrzeszynensem pro sua matrice agnoscere voluerint. Quas fundationis literas confirmavit approbavitque rdus Iacobus archiepiscopus Haliciensis[19], qui dum hanc ecclesiam iuri ecclesiastico assereret et in gremium suae protectionis ac patrocinii assumeret, in vim et signum superioritatis hoc adiunxit, ut parochiani certos grossos pragenses pro festo s. Martini quotannis metropolitanae sedi Haliciensi ratione praeeminentiae suae persolverent. Tandem hac sua prima fundatione, tanquam minus sufficienti, non contentus supra nominatus nec satis unquam laudatus munificus et liberalis patronus, mgcus dnus Demetrius haeres de Goray et Szczebrzeszyn, proxime sequenti anno, videlicet 1398, de data ibidem in Szczebrzeszyn feria quarta post Epiphanias, insigniter illam auxit atque amplificavit, dato privilegio in pergameno scripto, in quo expressis et manifestis verbis villam propriam haereditariam Sułowek[20] nuncupatam una cum agris, pratis, piscina et molendino et omnibus aliis attinentiis eidem ecclesiae Szczebrzeszynensi tituli s. Nicolai a se erectae et fundatae, dedit, donavit, adscripsit titulo irrevocabili, renuntiato etiam titulo haereditario, ita ut hoc respectu plerique huius ecclesiae parochi memores tanti accepti a tanto patrono beneficii in processibus certis iudicialibus, et maxime circa granities, non tantum se parochos, sed etiam dominos et haeredes villae Sułowek appelitarent. Adiecit in eodem posteriori privilegio et expressis verbis designavit, ut ex cellario tam ipsius, quam posteritatis decima urna mellis ex mellificis sylvarum Szczebrzeszynensium ecclesiae Szczebrzeszynensi s. Nicolai quolibet anno extraderetur. Similiter ex aerario decimus denarius telonei Szczebrzeszynensis quotannis solveretur. Superaddit, ut ecclesia praefata heberet in villa Brody[21] allodium cum agris, hortis et pratis ceterisque pertinentibus attinentiis. Pro tali tantoque beneficio tam piam ipsius literis requisivit animi gratitudinem, ut rector ecclesiae pro refrigerio animae illius missam de Requiem qualibet feria secunda absolvere procuret. Successit postea posterorum

---

[16] *Erekcja metropolii lwowskiej (halickiej) i diecezji chełmskiej nastąpiła w 1375 r.; informacje dokumentu niniejszego są błędne.*

[17] *Dymitr z Goraja (1340—1400), podskarbi i marszałek koronny h. Korczak, otrzymał liczne nadania ziemskie z rąk Kazimierza Wielkiego, był opiekunem i kierownikiem królowej Jadwigi od pierwszych chwil jej w Polsce, poparł wydatnie unię Polski z Litwą (1386). W r. 1390 ożenił się z Beatą z Bozegodaru. Zmarł 2 II 1400. Dymitr z Goraja. W: Pol. słow. biogr. T. 6 s. 61 n.*

[18] *Szczebrzeszyn należący, do królewszczyzn, został nadany przez Ludwika Węgierskiego Dymitrowi z Goraja ok. 1377 r. Uposażenie miejscowej parafii wyznaczył Dymitr w dwóch dokumentach z 29 IX 1397 i 9 I 1398; parafię erygował 16 I 1398 arcybiskup halicki Jakub Strzemię.* L. Bieńkowski: *Działalność organizacyjna biskupa Jana Biskupca w diecezji chełmskiej (1417—1452). Rocz. hum. T. 7: 1960 z. 2 s. 248 nn.*

[19] *Jakub h. Strzemię, arcybiskup halicki (ok. 1340—1409), franciszkanin, gwardian konwentu krakowskiego (1378), a następnie lwowskiego (1385) i generalny wikariusz misji franciszkańskiej na Rusi (1388). W r. 1391 został arcybiskupem metropolitą halickim. Zmarł 20 X 1409. Beatyfikowany w 1790.*

[20] *Sułówek, wieś, pow. Zamość, woj. lubelskie.*

[21] *Brody, wieś, pow. Kraśnik, woj. lubelskie.*

ipsius maxime Procopii[22], et aliorum fratrum insignis liberalitas et munificentia, qua specialibus literis in pergameno itidem scriptis donarunt ecclesiae Szczebrzeszynensi tituli s. Nicolai decimam manipularem omnis grani et seminis in praedio advocatiali Wolka Deszczkowska nunc dicta Michałow[23], tum post agros colonorum itidem existentium tria capetia post singulos semilaneos; unum capete tritici, alterum avenae, tertium siliginis. Habet praeterea praefata ecclesia certos in oppido Szczebrzeszyn fundos et agros hortos, subditos, intra et extra oppidi pomeria habentes, qui certos annuos census reddere et labores rustico more consueverunt. Hi certum suum advocatum habent absque ulla omnino dependentia et iurisdictione magistratus civilis aliorum oppidanorum, cuius advocati iudicio in causis civilibus peculiariter subsunt. A quo ad rectorem ecclesiae immediate admittitur appellatio. Sunt et duo prata una cum duobus hortulanis in villa Niedzieliska[24] ad eandem ecclesiam spectantia, quae nunc etiam sunt in possessione ecclesiae Szczebrzeszynensis. Apparet hanc ecclesiam fuisse a mgco fundatore bene dotatam, quia illmus et rdmus dnus Valentinus Herbotus episcopus Premisliensis eiusdem rector et parochus erat, qui concilio Tridentino nomine Regi Poloniae tanquam legatus interfuit[25]. Post cuius fata cum ecclesia iugum haereticorum subiisset, nec qui eam firmiter tueretur ac defenderet superesset, plurima ab ecclesia alienata, caemeterium etiam ipsum malitia civium coarctatum et bona ac possessiones dictae ecclesiae in usus privatos conversa fuerant.

Tandem cum illmus dnus Ioannes a Zamoscie Zamoyski cancellarius Regni et exercituum dux venisset in possessionem oppidi huius Szczebrzeszyn et aliarum ditionum, ad hoc territorium pertinentium, in meliorem statum hanc ecclesiam Szczebrzeszynensem restituit et eandem collegiatae ecclesiae decano infulato Zamoscensi per bullam Clementis VIII anno 1594 incorporavit[26], per illmum et rdmum dnum Georgium a Zamoscie Zamoyski episcopum Chelmensem abbatiae Cervenensis administratorem perpetuum[27], ita ut decanus infulatus Zamoscensis sit etiam perpetuis temporibus praepositus Szczebrzeszynensis, prout ex praescriptione non interrupta plurimorum annorum liquet. Is idem illmus piae memoriae Ioannes Zamoyski cancellarius Regni, exercituum generalis dux, loco decimae praedictae in primaeva fundatione assignavit certos modios frumentorum ex praediis Niedzieliska et Michałow annuatim persolvendos cum vectura etiam, videlicet siliginis modios seu coretos 25 tritici, siliginis itidem coretos 25, avenae itidem coretos 25, quorum in usu fuit et est hucusque praepositus Szczebrzeszynensis. Decimam ex villa Zrebce[28] ad parochiam Szczebrzeszynensem pertinentem idem praepositus percipere debet, prout percipit. Ex agris Kulikow[29] villae decimam manipularem, decimum denarium telonei Szczebrzeszynensis, item decimam urnam

---

[22] *Prokop, bratanek Dymitra z Goraja, drogą podziału otrzymał z braćmi w r. 1405 Szczebrzeszyn; w 1410 r. uposażył konwent franciszkanów w Szczebrzeszynie.* L. Bieńkowski, jw. s. 249.

[23] *Michałów, wieś, pow. Zamość, woj. lubelskie.*

[24] *Niedzieliska, wieś, pow. Zamość, woj. lubelskie.*

[25] *Herburt Walenty (1524—1572), syn Jana, podkomorzego przemyskiego i Jadwigi Chwałówny. Studiował we Włoszech i Belgii. W r. 1544 został kanonikiem krakowskim, a w r. 1548 prepozytem kapituły przemyskiej. Był także proboszczem w Szczebrzeszynie. W r. 1560 otrzymał biskupstwo przemyskie i w tym charakterze wziął udział w soborze trydenckim (1561—1562). Zmarł 27 VII 1572.* St. Cetnarski: *Herburt Walenty. W: Pol. słow. biogr. T. 9 s. 453 n.*

[26] *Por. dok. nr 5.*

[27] *Jerzy Zamoyski, zob. dok. nr 15 przyp. 2.*

[28] *Zrebce, wieś pow. Zamość, woj. lubelskie.*

[29] *Kulików, wieś, pow. Zamość, woj. lubelskie.*

mellis ex ratione sylvarum Szczebrzeszynensium idem praepositus tenetur percipere. Item gabellam salis ex sale adventitio in foro Szczebrzeszynensi pendi solitam habet praepositus. In cuius locum, quia successit invectio salis ex capitaneatu Całussiensi [30], dabantur et dari debent decem aut duodecim aliquando dolia salis, vulgariter dziesięć beczek, praeposito Szczebrzeszynensi. Decima itidem post agros nobilium, alias Manorum, districtus Szczebrzeszynensis, qui ad hanc parochiam pertinent, debetur, tum mensalia ex oppido Szczebrzeszyn, iuxta morem et consuetudinem antiquam, pendi solita tenentur oppidani extradere per decuriones suos. Coloni de villis Deszkowice [31] et Michałow tenentur dare de medio laneo sexagenam siliginis, alteram avenae cum vectura propria illorum. Decima itidem ex agris oppidanorum Szczebrzeszynensium pecuniaria iuxta compositionem et proportionem agrorum. Allodium in villa Brody cum agris et campis iuxta privilegium debetur ecclesiae Szczebrzeszynensi. De teloneo villae Deszkowice decimus grossus debetur ecclesiae Szczebrzeszynensi. Advocatia ad oppidum Szczebrzeszyn spectans, quae modo a patribus franciscanis obtenta est, decimam manipularem debet ex vi privilegii. De medio laneo dicto Witrikoszowski provisio vini, cerae ad ecclesiam Szczebrzeszynensem debetur, quem nunc tenent cives et incolae Szczebrzeszynenses nullo iure, nec canonem solvunt ecclesiae debitum. Et quoniam hac pia fundatione plurima in proventibus, dictam ecclesiam Szczebrzeszynensem concernentia, contra mentem et intentionem fundatorum et patronorum illium detracta per iniuriam temporum et immutata esse constat, ideo compellendus est per rectorem ecclesiae modernum et illius successores patronus dictae ecclesiae, ut omnia et singula eidem ecclesiae restituantur ecclesiae Szczebrzeszynensi. Advocatia ad oppidum Szczebrzeszyn specpossessori ac successoribus illius integre reddantur sub interminatione divini iudicii et si opus fuerit iure mediante vindicanda. In quorum fidem — —. Datum Zamoscii 30 septembris 1663. Thomas de leżenice Leżeński episcopus Chelmensis.

## Nr 42

### Potwierdzenie statutów kapitulnych przez biskupa Leżeńskiego.

*Zamość, 1 X 1663.*

*Tomasz Leżeński, biskup chełmski, na prośbę kapituły zamojskiej, zatwierdza w całości statuty kapitulne tejże kapituły z z wyjątkiem statutu o majątku kanoników zmarłych bez testamentu; majątek ten przeznacza na seminarium duchowne w Zamościu.*

**Or.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 413: Acta capitulorum generalium — — Insignis Collegiatae Zamoscensis — — ab anno 1658 — — ad annum 1708 s. 61 (Dok. pap. z własnoręcznym podpisem biskupa Leżeńskiego i jego pieczęcią wyciśniętą przez wosk).*

**Kop.:** **1.** *ADL Nr I—158: Decreta reformationum 1750—1751 s. 1735.*— **2.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 8: Statut kolegiaty. Fragment s. 1—2, 4 (Kopia z 6 X 1764).*

Thomas de Leżenice Leżeński Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus

---

[30] *Kałusz, miasto z kopalniami soli, przed r. 1939 siedziba powiatu, obecnie zaś rejonu w obwodzie iwanofrankowskim na Ukrainie Radzieckiej.*

[31] *Deszczkowice, wieś, pow. Zamość, woj. lubelskie.*

Chelmensis[1] ———. Significamus praesentibus literis nostris, quibus expedit universis et singulis. Exhibitas nobis fuisse suprascriptas constitutiones et statuta vblis capituli Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis per perillem ac adm. rdum decanum, praelatos et canonicos Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis petitumque a nobis, quatenus easdem ac eadem in omnibus et singulis eorum punctis, clausulis, articulis et conditionibus authoritate nostra ordinaria approbandas, confirmandas et ratificandas dignaremur. Nos igitur episcopus suprascriptus, visis et lectis praefatis constitutionibus et statutis, quoniam in se regimen bonum ecclesiae et administrationem, officia disciplinamque spiritualem et alia necessaria in se contineant (excepta dispositione rerum post intestatos praelatos derelictarum, quam seminario Zamoscensi applicamus tamdiu, donec fundatio et proventus illius vindicabitur), ideo easdem constitutiones et statuta in omnibus earum eorumque punctis, clausulis, articulis et conditionibus approbamus, confirmamus et ratificamus in quantum de iure duximus, prout approbamus, confirmamus et ratificamus praesentibus. In quorum fidem ———. Datum Zamoscii die 1 octobris anno Domini 1663. Thomas Leżeński episcopus Chelmensis.

## Nr 43

### Fundacja na rzecz seminarium duchownego w Zamościu.

*Krasnystaw, 16 X 1663.*

**Or.** *nieznany.*
**Kop.:** **1.** *ADL Nr 232: Liber privilegiorum 1696 et 1699 s. 48—51; tytuł wpisu:* Fundatio alterius seminarii clericorum per illmos Stephanum et Dorotheam Zamoyskie in bonis Orłowo.— **2.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 296: Quaedam documenta (XVII) k. 36—37.*— **3.** *ADL Nr I—152: Acta visit. 1714—1717 k. 378—380'.*— **4.** *Nr I—158: Decreta reformationum 1750—1751 s. 1594—1596.*— **5.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 1: Iura et fundationes 1750 s. 33—36.*— **6.** *Nr 272: Liber documentorum seminarii clericorum Zamoscensis (XVIII) s. 17—18.*— **7.** *Bibl. PAN Kraków. Sygn. 2383/I: Documenta ad civitatem 1580—1782 s. 176—178 (Kopie 2—7 wlg kopii 1).*

W imię Pańskie amen. Za wielkie łaski i błogosławieństwa boskiego znak to zawsze poczytamy, kiedy Pan Bóg ludziom katolickim pozwala tego, aby z dóbr swych, które mają z rąk jego szczodrobliwych, substancyjej mogli cokolwiek na chwałę jego ofiarować. A że często widzimy, że ci, którzy by co dobrego ku otrzymaniu zbawienia swojego mogli uczynić, albo woli, albo czasu nie mają. I tak ode dnia do dnia swoje odwłaczają zamysły, prędzy niżeli się spodziewali przez śmierć schodzą z tego świata, a dyspozycyje onych przez ręce obce nie zawsze otrzymują skutek. Dlatego ja Stefan z Zamościa Zamoyski[1] z małżonką moją Dorothą z Leszczkowa, urodzonego niegdy Marka z Leszczkowa Leszczkowskiego córką[2], upatrzywszy i uważywszy to u siebie, póki nam Pan Bóg pozwala żywota, chcąc się zawczasu Majestatowi Jegoż przysłużyć dla zbawienia duszy nie tylko mnie samego i małżonki mojej, ale też i przodków naszych, serce nasze do kościoła kolegiackiego skłaniamy, kędy rodzice i brat mój śmiertelność swoją złożyli, umyśleliśmy fundacyją na kleryki, którzy w seminarium ćwiczyć się mają, 10 tysięcy złotych polskich

---

[1] *Tomasz Leżeński, zob. dok. nr 40 przyp. 1.*

---

[1] *Stefan Zamoyski, zob. dok. nr 39 przyp. 1.*
[2] *Dorota z Leszczkowa Zamoyska, zob. dok. nr 39 przyp. 5.*

Panu Bogu ofiarować i pomienionemu kościołowi zamojskiemu zapisać, co i uczyniliśmy, proponowawszy wprzód tę wolą naszę wielebnej kapitule zamojskiej i od nich godny na to otrzymawszy konsens. Zapis w grodzie stanąwszy krasnostawskim do ksiąg na pomienioną sumę dnia dzisiejszego zeznaliśmy i onę na Orłowie [3], Woli Orłowskiej [4] i Kryniczkach [5] in vim reemptionis alias na wyderkaff asekurowaliśmy [6]. Te jednak względem wyderkaffu kondycyje, od sumy pomienionej corocznie pobieranego, aby wiecznie były zachowane: naprzód aby pięć kleryków swoję mieli instytucyją, szósty aby był przełożony tychże kleryków z kapłanów przy kościele zamojskim kolegiackim będących. Który przełożony o nich wiedzieć, w śpiewaniu i muzyce artyficyjalnej ćwiczyć i z niemi mieszkać ma. Powinien też będzie onych do egzort i kazań przyspasabiać, w których non semetipsos konceptami nowoświeckiemi zdobiąc mowy swojej zażywać mają, ale gloriam Dei promować i oziębłość w ludziach chwały Bożej i zbawienia dusze swojej zagrzewać, do której materyjej wielki impet im pokazać może crebra lectio wiele poważnych ksiąg, między którymi Solliloquia divi Augustini [7] prawie pierwsze trzymają miejsce, przy tym książeczka świeżo na polskie wierszem przełożona, której tytuł Lot gołębice etc. w tym nieposlednim onym bydź może mistrzem. Te tedy i insze tym podobne do czytania zalecają się książki. Ostatek tego seniora i kleryków pomienionych committimus pietati i dalszej imć. x. dziekana zamojskiego, nunc et pro tempore existentis, i całej kapituły zamojskiej ordynacyjej, która się ma cale do punktów wyżej opisanych stosować. Nadto ciż klerycy casus conscientiae i inszych im potrzebnych lekcyi słuchać mają. Dyrekcyja tego wszystkiego seminarium i przyjmowanie osób przy x. dziekanie zamojskim, teraz i na potym będącego, i wszystkiej kapitule zamojskiej bydź ma. Gdzie także osoby bydź mają przyjmowane, które by nie mogły sumy z siebie dla ich niedostatków do stanu kapłańskiego accedere; ciż przyjęci, skoro i odzieniem i wiktem opatrzeni będą, aby tylko dwie lecie w seminarium na naukach i inszym w swych pomienionym do kapłaństwa należytym ćwiczeniu bawili się, a po lat dwóch wyjściu, aby inszym niedostatnim ustępowali, mieć chcemy. Prowizyja wyderkaffu dwiema ratami po złotych 400 zawsze od nas i successorów naszych raz na święto Narodzenia ś. Jana Krzciciela, drugi raz na śś. Trzech Królów w każdym roku anticipative do rąk imć. x. dziekana zamojskiego, teraz i na potym będącego, z kwitami rocznymi imci, które takowej wagi bydź mają, jakoby przed sądami autentycznymi koronnymi zeznane byli, oddawana. O czym szerzej zapis wyderkaffowy dnia dzisiejszego w grodzie krasnostawskim uczyniony opiewa. To jednak sobie warujemy, że nam wolno póki żyć będziemy, a po śmierci naszej successorom naszym, tę sumę na insze wolne dobra tak ziemskie w ziemi chełmskiej i powiecie krasnostawskim będące, jako i w mieście Zamościu, byle na kamienicy ogniu nie podległą zostającą, będzie przenieść tak przecie, aby in perpetuum tej naszej dosyć się działo woli. Co wszystko jako sumy przeniesienie, jako i ordynacyja i przyjmowanie kleryków tych cum

[3] *Orłów, zob. dok. nr 39 przyp. 2.*

[4] *Wola Orłowska, zob. dok. nr 39 przyp. 3.*

[5] *Kryniczki, zob. dok. nr 39 przyp. 4.*

[6] *WAP Lublin. Nr 6: Castr. Crasnostav. Inscriptiones (1658—1663) nr 959 k. 755'—757; tytuł wpisu:* Zamoyskie coniuges censum in vim reemptionis decano Zamoscensi totique capitulo Zamoscensi inscribunt *(Zapis fer. 3 post festum s. Hedvigis electae anno Domini 1663).*

[7] *Św. Augustyn (354—430) biskup Hippony w Afryce i doktor Kościoła. Wśród bogatej twórczości pisarskiej pozostawił m.in. Solliloquia (Rozmowy samotne), powstałe w latach 386—387; posiadają one charakter osobisty.*

scitu, ut supra appositum, pomienionego imć. x. dziekana zamojskiego, teraz i na potym będącego, i wielebnej kapituły zamojskiej ma się dziać; aby jednak subsequenti tempore ta nasza in aliud pium opus nie była obrócona intencyja gorąco imciów prosimy i conscientiam imciów w tej mierze obligamus. Tę tedy wolą i fundacyją naszą dla większej wagi i stwierdzenia onej rękami naszemi, przy przyciśnięciu pieczęci, podpisujemy 1663 in octobri. Stefan z Zamościa Zamoyski, Dorota z Leszczkowa Zamoyska.

## Nr 44
## Oficjałat okręgowy w Zamościu.

*Krasnystaw, 18 X 1663.*

*Andrzej Kłopocki, dziekan infułat i oficjał okręgowy zamojski w diecezji chełmskiej, podaje do wiadomości dziekanów oraz kleru diecezjalnego i zakonnego w tejże diecezji, że biskup Tomasz Leżeński, dokumentem z dnia 10 X 1663 r., utworzył oficjałat okręgowy w Zamościu dla diecezji chełmskiej. Uprawnienia oficjała okręgowego otrzymał ks. A. Kłopocki.*

**Czps** *ADL A nr 147: Acta iudiciaria consistorii Zamoscensis in dioecesi Chelmensi R.D. Andreae Kłopocki decani infulati officialis sub R.D. Thoma Leżeński episcopo Chelmensi a die 26 X 1663 ad 8 I 1666 k. 1—1'; tytuł wpisu:* Praemissa intimatione novi officialatus erecti per illmum ac rdmum Thomam a Leżenice Leżeński episcopum Chelmensen.
**Kop.** *Tamże k. 1'—3' (Kopia współczesna).*

Andreas Kłopocki [1] — —. Universis et singulis — — salutem in Domino. Noveritis emanatas esse literas ex Consistorio illmi ac rdmi dni Thomae a Leżenice Leżeński episcopi Chelmensis, abbatiae Wanchocensis administratoris perpetui [2], de data Pawłoviae [3] die 10 octobris anni 1663, qui nuper in dioecesim suam feliciter adveniens, atque visitationes plurimarum ecclesiarum in personali peragens, et pastorali solicitudine operam pretium esse duxit, ut, ad levandas negotiorum volens gratia perilli ac rdmo dno episcopo cura suffragare, praeposito, vicario in spiritualibus et officiali generali Chelmensi tractandis, iudicandis, decidendis causis et actionibus in tota dioecesi hactenus commiserat, novum erigeret Zamoscii officialis foralis munus et officium per illis literis erexit, constituit, ordinavit, decanum infulatum Zamoscensem modernum, condendo eidem facultatem causas omnes et singulas ad forum ecclesiasticum per totum processum spectantes (exceptis causis praeofficialibus institutionum, resignationum, nec non testamentorum summam 600 flor. excedentium), tam spirituales quam civiles et profanas, audiendi, cognoscendi, decidendi et per sententiam debito ordine terminandi, literas processus et citationum in causis necessariis sub titulo et sigillo suis condendi et extradendi, citatos, monitos non comparentes, ut excommunicatos declarandi, processus ex communis declarationis, aggravationis et ultranormandi, prout ex rescripto supernotato Illmae Celsitudinis luculentissime patet, ferendi, gerendi, exercendi et expediendi, salva appellatione tam ab

---

[1] *Andrzej Kłopocki, doktor teologii i obojga praw, profesor filozofii (1625), rektor Akademii Zamojskiej (1634), a następnie jej wicekanclerz (1645), kanonik, scholastyk i dziekan infułat (1662) zamojski. W r. 1663 został oficjałem okręgowym zamojskim. Był też kanonikiem chełmskim, prezpozytem w Szczebrzeszynie i Jarosławiu. Zmarł 8 VII 1667. Wiadomość o profesorach s. 39.*

[2] *Tomasz Lezański, zob. dok. nr 40 przyp. 1.*

[3] *Pawłów, wieś, pow. Chełm, woj. lubelskie.*

interlocutoriis quam finitivis sententiis ad suam Illmam Celsitudinem, vel ad Officium suum generalem mittenda. Qua constitutione et ordinatione illmi et rdmi loci ordinarii omnibus et singulis ad normam deducta et ad decanos rurales directa, ut adcurret singulis decanis et rectoribus ecclesiarum et aliis presbyteris in dioecesi consistentibus praesentibus in virtute sanctae obedientiae expostulamus. Datum Crasnostaviae die 18 mensis octobris anno Domini 1663. Andreas Kłopocki.

## Nr 45
## Fundacja kanonikatu fundi Wosiński.

*Zamość, 1 III 1664.*

*Rafał Wosiński, proboszcz w Łabuniach z diecezji chełmskiej, zapisuje 4000 złp. na uposażenie nowego kanonikatu przy kolegiacie zamojskiej. Prawo prezenty i patronatu przekazuje tejże kapitule. Na swego następcę prezentuje brata, ks. Tomasza.*

**Or.** *nieznany.*
**Kop.: 1.** *ADL Nr 232: Liber privilegiorum 1696 et 1699 s. 24; tytuł wpisu:* Fundatio canonicatus Wosiniani.— **2.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 296: Quaedam documenta (XVII) s. 34.*

Ad perpetuam rei memoriam. In parte felicitatis hominum ego semper reputavi, dum Dei optimi maximi, supremi vitae momentorum moderatoris ac Domini, beneficio luce hac mortalitatis in vita preasenti fruimur, ut quae larga manu illius conferuntur beneficia nobis, non solius illis commode utamur, verum etiam quae supersunt bene ac laudabiliter ad honorem illius bonitatis et animarum nostrarum salutem eadem disponamus. Quapropter ego Raphael Wosiński parochus Łabunensis [1], maturo ac praemeditato animo ita apud me considerans, ad maiorem Dei gloriam et divini laudis incrementum unum canonicatum in Ecclesia Collegiata Zamoscensis instituere pro me successoribusque meis decrevi, prout de facto vere realiterque constituo. Summam 4 millium flor. polon. in censum reemptionalem in bonis certis, prout ex inscriptione in Consistorio Zamoscensi, nec non civili eiusdem oppidi facta de data die 1 martii 1664 constet. Quam summam disponendam ita duxi, ut 3 millibus flor. census reemptionalis 240 flor. singulis annis cedant in salarium dicto fundationis meae canonico, cum obligatione missarum trium singulis septimanis; duae pro defunctis, tertia de Trinitate idque post fata mea. Interim vero quoad vixero census ille a praefata summa pertinebit vel ad canonicum successorum meum, quem primario Thomam Wosiński uti germanum fratrem meum esse volo [2], tum quia vbli capitulo Zamoscensi ex academicis, vel qui ad id munus idoneus iudicio vblis capituli repertus fuerit. Penes quod capitulum ius collationis et praesentandi canonici huius esse volo. A reliquis eiusdem volo florenis census reemptionalis in iisdem bonis locatus ita disponatur, ut a 600 flor. census tribus vicariis Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis deserviat, qui tenebuntur duas missas de Requiem pro fundatore singulis septimanis absolvere; 48 flor. cedant. A 400 flor. — 32 flor. pro anniversario meo per me ex dispositione executorum assignatur, vel vblis capituli

---

[1] *Rafał Wosiński, proboszcz w Łabuniach, fundator kanonii fundi Wosiński (1664); zmarł w 1674.* F. Stopniak, *jw. s. 197.*
[2] *Tomasz Wosiński, brat Rafała, kanonik zamojski, bliżej nieznany.*

Zamoscensis. In quorum fidem ——. Datum Zamoscii die 1 martii anno 1664. Raphael Wosiński canonicus Zamoscensis [3].

## Nr 46
## Lokacja kapitału kanonikatu fundi Wosiński.

*Zamość, 1 III 1664.*

*Andrzej Kłopocki, oficjał okręgowy zamojski zaświadcza, że ks. R. Wosiński oddał 4000 flor. pol. Jakubowi Berny i zapisał je na czynsz na jego kamienicy w Zamościu.*

**Czps** *ADL A nr 147: Acta iudiciaria consistorii Zamoscensis —— 1663—1666 s. 10.*
**Kop.: 1.** *WAP Lublin. Nr 18: Advocatialia Zamoscensia (1664—1667) s. 153 n.; tytuł wpisu:* Inducit adm. rdus Raphael Wosiński *(fer. 3 post Dominicam Jubilate — 28 IV 1665 — wlg or.).*— **2.** *Nr 296: Quaedam documenta (XVII) s. 35.*

Actum Zamoscii in domo decanali die 1 martii anno Domini 1664. Coram perilli et adm. rdo dno Andreae Kłopocki [1] —— constitutus personaliter dnus Iacobus Berny S.R.M. secretarius [2] recognovit 4 millia flor. polon., quae per modum simplicis debiti iuxta hirographum de data 1 martii anno Domini 1664 Zamoscii manu propria eiusdem gnosi dni Berny scriptum (Quod ei in continenti restitutum est) mutuo receperat ab adm. rdo Raphaele Wosiński parocho Łabunensi [3] inscribere in bonis suis immobilibus, potissimum in lapidea in circulo Zamoscensi sita et aliis omnibus bonis habitis et habendis in reemptionalem censum. Quam summam cum eodem censu adm. rdus parochus Łabunensis intendit applicare ad Ecclesiam Collegiatam Zamoscensem pro erigendo novo canonicatu, vel prout ipsi videbitur.

## Nr 47
## Fundacja kanonikatu fundi Kłopocki.

*Zamość, 8 V 1665.*

*Andrzej Kłopocki, dziekan infułat zamojski, uposaża kanonię przy kapitule zamojskiej, za zgodą tejże kapituły. Na nowy kanonikat prezentuje ks. Andrzeja Dewiskiego. Na uposażenie kanonikatu zapisuje 2 tys. złp., zabezpieczonych na synagogach w Zamościu, Tarnogrodzie oraz Szczebrzeszynie. Do obowiązków kanonika ma należeć troska o kaplicę św. Marii Magdaleny przy kolegiacie oraz odprawienie 3 mszy św. tygodniowo. Prawo prezenty i patronatu rezerwuje dziekanowi kapituły zamojskiej.*

**Or.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 41: Akta i dokumenty dotyczące kanonii fundi Kłopocki z lat 1665—1823 s. 1 (Dok. pap. z pieczęcią oficjała zamojskiego wyciśniętą przez wosk i jego własnoręcznym podpisem).*
**Kop.: 1.** *ADL Nr I—151: Acta episcopalia dioecesis Chelmensis R.D. Christophori Żegocki ep. Chelm., nec non visitationes eiusdem dioecesis in annis 1671—*

---

[3] *Fundację niniejszą potwierdził 25 IV 1665 biskup Mikołaj Święcicki, wikariusz generalny chełmski, oraz biskup chełmski Krzysztof Żegocki dnia 28 I 1671.*

---

[1] *Andrzej Kłopocki, zob. dok. nr 43 przyp. 1.*

[2] *Jakub Berny, sekretarz królewski, występuje w księgach wójtowskich zamojskich (WAP Lublin. Nr 18: Advocat. Zamosc. s. 156—174 — fer. 4 et 5 post Dominicam Jubilate 1665: Inventarium rerum nobilis Iacobi Berny).*

[3] *Rafał Wosiński, zob. dok. nr 44 przyp. 1.*

*1672 peractae k. 51'—52'; tytuł wpisu:* Approbatio fundationis canonicatus Kłopociani in Ecclesia Collegiata Zamoscensi *(Wpis z 12 I 1671. Kopia posiada pewne nieznaczne i nieistotne zmiany przy końcu dokumentu oraz nosi datę 7 V 1665).*— **2.** *Nr 232: Liber privilegiorum 1696 et 1699 s. 25—26.*— **3.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 296: Quaedam documenta (XVII) s. 44.*— **4.** *Nr 1: Iura et fundationes 1750 s. 76—77.*— **5.** *Nr 41: Akta i dokumenty (zob. or.) s. 3—4, 5.*— **6.** *Nr 41: Documenta canonicatus fundationis Kłopocianae s. 7—8 (Kopia z XVIII w.).*— **7.** *ADL Nr I—158: Decreta reformationum 1750—1751 s. 1629—1630, 1853—1854 (Kopie 2—7 wlg or.).*

Ad perpetuam rei memoriam. Agnoscit bonorum omnium Largitorem Deum, qui ex beneficiis, a largissima manu illius acceptis, aliquid in cultum eius promovendum et gloriam ubivis amplificandam attribuit. Et licet illius summa rerum affluentia nihil a nobis exigat, cum eius sit orbis terrae et universa, quae in eo sunt, bonitas tamen et misericordia levidensa haec munuscula nostra, non solum aspernatur, etiam benigno favore prosequitur et gratanter recipit. Quapropter ego Andreas Kłopocki S.Th. D., decanus infulatus et officialis Zamoscensis, canonicus Chelmensis, S.R.M. secretarius [1], instructo et ordinato sacello s. Mariae Magdalenae in Ecclesia Collegiata Zamoscensi, post multas ea de re cum amicis et vbli capitulo consultationes, unam praebendam seu canonicatum in eadem ecclesia instituere decrevi, prout et institui anno Domini 1665, in generali capitulo in conductu Paschae, ad eam praesentando illmum et adm. rdum dnum Andream Dewiski praefectum seminarii ecclesiae et Academiae Zamoscensis [2]; fundatione in 2 millibus 500 flor. polon. facta. Quae summa mille quidem flor. in Zamoscensem Iudaeorum [3], mille in Tarnogrodziensem, 500 — in Szczebrzeszynensem synagogis collocatorum, in censum reemptionalem, qui sic pendi debent: synagoga Zamoscensis pro festo s. Ioannis Baptistae et Natalis Domini, Tarnogrodziensis — pro festo Paschatis et Nativitatis Beatae Mariae Virginis in septembre, Szczebrzeszynensis — singulis quartualibus per 10 flor. Ceteris cavet fundator, ut praedictus praebendarius et canonicus habeat curam praedicti sacelli b. Mariae Magdalenae, in qua tres missas — unam feria secunda pro defunctis, alteram feria tertia de Angelis, tertiam feria quarta pro peccatis obsolvere tenebitur. Praesentationem huius canonici, tam ex proffessoribus, quam viris idoneis ad hoc officium, committitur soli decano, ut ille, communicato consilio cum scholastico, eligat virum talem, qui huic officio sufficere possit. Primus tunc ad id negotium erit praefectus seminarii ad hoc beneficium obtinendum [4]. In quorum fidem ——. Datum Zamoscii die 8 maii anno Domini 1665. Andreas Kłopocki.

## Nr 48

## Fundacja kaplicy św. Kazimierza i Zwiastowania NMP.

*Grabowiec, 29 X 1667.*

*Jan Unikowski, dziekan infułat zamojski, zapisuje 2000 flor. na dobrach Żuków, będących własnością Andrzeja Mateusza Chojnackiego, w zamian za 160 złp. rocznego czynszu. Czynsz ten przeznacza na uposażenie kapelana*

---

[1] *Andrzej Kłopocki, zob. dok. nr 44 przyp. 1.*

[2] *Andrzej Dewiski, kanonik zamojski fundi Kłopocki (1665), prefekt seminarium duchownego, profesor Akademii Zamojskiej (1673). Wiadomość o profesorach s. 50.*

[3] *WAP Lublin. Nr 18: Advocatialia Zamoscensia (1664—1667) s. 628—630; tytuł wpisu:* Obligatur synagoga Zamoscensis *(Wpis z 14 IV 1667).*

[4] *Fundację zatwierdził, w czasie wizytacji generalnej w Zamościu, biskup chełmski Krzysztof Żegocki 17 I 1670.*

*kaplicy św. Kazimierza, zwanej też Zwiastowania NMP przy kolegiacie zamojskiej.*

**Czps** *WAP Lublin. Nr 33: Castrensia Grabovecensia (1665—1669) s. 666—669; tytuł wpisu:* Choynacki decano Zamoscensi in vim reemptionis inscribit.
**Kop.:** **1.** *ADL Nr 232: Liber privilegiorum 1696 et 1699 s. 112—115 (Wlg or. ze znacznymi skrótami).*— **2.** *Nr I—152: Acta visit. 1714—1717 k. 361—363.*— **3.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 1: Iura et fundationes 1750 s. 169—172.*— **4.** *Nr 54: Acta et documenta canonicatum fundi Rutowski respicientia ex annis 1710—1806 s. 12—13.*— **5.** *ADL Nr I—158: Decreta reformationum 1750—1751 s. 1697—1699, 1618—1619, 2081—2083 (Kopie 2—5 wlg kopii 1).*

Coram officio actisque praesentibus castrensibus capitanealibus Grabovecensibus personaliter comparens gnosus Andreas Mathaeus Choynacki [1] cum olim gnosa Dorothea Gniewkowska [2] procreatus filius, sanus mente — — recognovit. Quia ipse perilli et adm. rdo dno Ioanne Unikowski decano Zamoscensi [3], nunc et pro tempore existenti, summam pecuniariam 160 flor. polon. census annui pro summa 2 millium flor. polon. in quarta sorte villae Żukow [4], in palatinatu Russiae, terrae et districtu Chelmensis sitae, haereditariae; eadem villa Żukow in summa 8 millium flor. polon. modo obligatorio servientium, cum omnibus eiusdem quartae sortis villae Żukow aedificiis, structuris, aquis, pratis etc. in vim reemptionis alias in wyderkaff inscribit et assecurat perpetuo et in aevum. Quam quidem summam 160 flor. polon. idem recognoscens se suosque successores annis singulis pro duobus temporum ratis, primam ratam pro festo sanctorum Trium Regum, alteram pro festo Nativitatis s. Joannis Baptistae ad manus praefati decani Zamoscensis reddere obligat. Qua summa census annui quotannis per eundem decanum Zamoscensem sacerdoti intentioni seu fundationi sui recognoscentis accommodato seu assignato persolvi debebit. Qui sacerdos qualibet hebdomada tria missae sacrificia, primum pro animabus parentum et consanguineorum, alteram pro animabus militum in bello quovis occisorum, qui omni prorsus destituti sunt patricinio, tertium pro remissione peccatorum sui recognoscentis ad altare Beatae Virginis Mariae Annuntiationis in ecclesia collegiata divi Thomae Zamoscii sita perpetuis temporibus celebrare tenebitur. In quam sortem bonorum praefatorum villae Żukow eodem censu et summa principali 2 millia flor. polon. onerata idem recognoscens eidem perilli et adm. rdo decano Zamoscensi, nunc et pro tempore existenti, ex nunc et de facto et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per ministerialem Regni generalem et nobiles duos, quem et quos sibi ad id duxerit eligendos, iam ex nunc ab officio praesenti additi et deputati, quem nec per se, nec per suos quosvis submittas et subordinatas personas praepedire, impugnare et adimere debebit, dataque sibi huiusmodi intromissione et actuali pacificaque possessione debebit et tenebitur. Praefatus recognoscens prout praesenti se cum successoribus suis de bonis suis generaliter omnibus haereditariis et obligatoriis, mobilibus et immobilibus, summisque pecuniariis

---

[1] *Andrzej Mateusz Chojnacki h. Trzaska.* A. B o n i e c k i, *jw. t. 3 s. 48.*

[2] *Dorota Gniewkowska, zapewne h. Cholewa. Zofia Gniewkowska była żoną Kazimierza Choynackiego (1653).* A. B o n i e c k i, *jw. t. 3 s. 48.*

[3] *Jan Unikowski, dziekan infułat zamojski, doktor teologii, profesor etyki (1653), rektor Akademii Zamojskiej (1663—1664), kanonik, kustosz (1665) i dziekan Kapituły Zamojskiej, protonotariusz apostolski, proboszcz w Łukowej i Sitańcu. Zmarł 16 XI 1695. W Acta Consistorii Zamoscensis 1663—1666 s. 12—13 (ADL A nr 147) jest ingrosowany jego testament z 4 IV 1664. Wiadomość o profesorach s. 42, 125 n.*

[4] *Żuków, pow. Hrubieszów, woj. lubelskie.*

universis, habitis et habendis, praedictum decanum Zamoscensem, nunc et in tempore existentem, inscribit et obligat, occasione eorundem bonorum villae Żukow praefato annuo censu oneratae, ab omnibus oneribus, vinculis, inscriptionibus prioribus et posterioribus, cuiuscunque personarum in quemcunque sensum facti et finem seseque extendenti, et generaliter ab omni impetitione iurium et extraiurium, omnium et singularum personarum, propinquarum et remotarum, status, sexus et conditionis ac praeeminentiis cuiusvis existentis, tueri, defendere, evincere, eliberare, intercedereque ac bona praefata semper munda et libera facere reddereque, toties quoties opus fuerit, idque sub vadio 160 flor. polon. in casu per se recognoscentem, sive suos successores praefati census annui non solutione, ad solvendum irremissibiliter succumbendo. Pro quo quidem vadio taliter ad solvendum succubito non completisque complendis praemissis praefatus recognoscens iure convenienti, foro competenti renuntiando, coram praesentibus castrensibus Grabovecensibus et castrensibus Chelmensibus officiis, quibus se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus hac in parte subicit. Ad primem instantiam praenominatus perillis et adm. rdi decani Zamoscensis, nunc et pro tempore existentis, peremptorie respondere iurique parere tenebitur. Primum terminum, uti et alios omnes existentes sebsequentes nullis dilationibus, evasionibus, suspensibus, impedimentis legatis et quibusvis exceptionibus, motionibus et earum persecutionibus, reipublicae negotiis, interregno et in genere universis iuris, remediis et defensis evadendo, immo eisdem renuntiando, sed praescriptioni praesenti omnibusque illius contentis, vadio soluto quoties opus fuerit, satisfacere se et suam posteritatem bonaque sua generaliter omnia onerando et obligando, nulla in praemissis termini praescriptione obstante. Salva nihilominus eidem recognoscenti eiusdem summae originalis 2 millium flor. polon. ac censu ab eadem provenientis in alia bona munda ac libere in terra et districtu Chelmensi seu districtu Grabovecensi, vel civitate Zamoscensi, tam sibi quam suis successoribus, vel bonorum villae Żukow haeredibus et possessoribus transportationem pleno in robore reservat.

## Nr 49
## Dekret reformacyjny dla kolegiaty.

*Zamość, 14 I 1672.*

*Krzysztof Żegocki, biskup chełmski, po dokonaniu wizytacji kolegiaty zamojskiej, ogłasza dekret reformacyjny; dotyczy on stałego porządku nabożeństw w kolegiacie, życia moralnego kleru, kultu relikwii, procesji teoforycznych, szafowania sakramentu pokuty i małżeństwa, utrzymania w należytym porządku i czystości świątyni i utynsyliów kościelnych, ogólnych obowiązków kleru kolegiackiego i spraw materialnych kolegiaty.*

Czps *ADL Nr I—151: Acta episcopalia dioecesis Chelmensis R.D. Christophori Żegocki ep. Chelm. ex annis 1670—1671, nec non visitationes eiusdem dioecesis in annis 1671—1672 peractae k. 71—74'; tytuł wpisu:* Puncta ordinationis Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis anno Incarnationis Verbi 1671 sub visitatione nostra generali ordine hoc descripta die 14 ianuarii.

Christophorus de Żegotka Żegocki Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Chelmensis [1] Veri pastoris munus et officium digne ministraturi in Domino

[1] *Krzysztof Żegocki, marszałek trybunału koronnego (1660), następnie wojewoda inowrocławski (1667); po śmierci żony został kapłanem a potem biskupem chełmskim (1669—1673); zmarł w r. 1673 jako nominat na biskupstwo włocławskie.*

totam curam et sedulitatem in id convertimus, ut quam ordinatissime Dei cultus in dioecesi hac, iam multa labie haereseos infecta, promoveatur. Idcirco vix ingressi eandem dioecesim nostram multoque disordine in ecclesiis et cultus Dei disturbatum animadvertentes, visitationem, authoritati nostrae demandatam a Sancta Sede Apostolica, inchoavimus, serio ad errores et lapsus multorum ecclesiarum advertentes, hanc imprimis Ecclesiam Collegiatam Zamoscensem, tam splendidam et magnificam, dotatam et ditatam pretiosissimis quibusdam apparamentis per illmos olim sanctae et piae memoriae Zamoscios, invisendam a nobis censuimus. Et multis privatim correctis, haec reformationis multorum tamen sua sphera detrusorum, puncta authoritate nostra ordinaria corrigi, describi, affigi et in actis consistoritiis Crasnostaviensibus inscribi mandavimus, severe huius capituli collegium ceterumque clerum huic magnificae ecclesiae obligatum hortantes sub virtute sanctae obedientiae nobis et successoribus nostris iuramento praestito. Ne haec temerario ausu violare, interpretari [71'] invertere, limitare, contemnere et respuere audeant, sed omnia in punctis et clausulis observent. Alias maledictionem omnem a Deo, ut in resistentes Spiritui Sancto poenis et omnibus censuris ecclesiasticis severo ordine in negligentes et inobedientes, tam a iure quam ab homine latis, eosdem innodamus et stringimus tantum pariculo mortis relinquendo. Ceterum, si quis in ecclesia hac contrarius huic reformationi visus fuerit, vel contemnens, vel levipendens hoc mandatum nostrum eum privationis poena punienda a nobis vel successoribus nostris declaramus.

Dato pulsu prius, ut vocant pro pace, media hora ante quartam post medium noctis, post quartam dabitur pulsus pro matutino et statim inchoetur et omnino per vicarios decantetur matutinum cum laudibus, non ut ante musitandus, serio praecipimus. Post quintam horam prima missa, ut dicitur vulgo primaria, inchoabitur et cum cunsuetudo ecclesiae ab antiquo vigeat reponendi Venerabile, sex candelis ad minimum accensis, praevia semper thurificatione, exponetur Venerabile. Finita missa, officium Beatissimae ex fundatione decantetur paulatim, non praecipitanter, ut antea fuit. Moneatur semper ab adm. rdo dno decano, qui tenentur adesse huic officio, ut omnes conveniant simul, ne cantet solus et unus, quod hucusque visum, qui autem absens fuerit ab una hora punietur grossis duobus, sin alienus fuerit a toto officio punietur grossis sex toties quoties, alias in casu aliquo alium substituat ad decantandum, ex demptis vero pro provisione dabitur eleemosina sacerdoti pro defunctis sacerdotibus in hac ecclesia quiescentibus. Hora sexta circiter inchoetur missa s. Nicolai et ordinarie cantetur, quae finita prima et tertia eius diei decantabitur a vicariis indutis supelpelliceo [73] ante altare incipiendo Deus in adiutorium et versibus dictis, ibidem orationem stola indutus hebdomadarius, non musitando ut antea. Post septimam horam missa Trinitatis, quae finita pauperes ex more decantentur Bogu Rodzica, deinde continuo post peractum sacrificium egrediatur alter ad aliam missam ex fundatione, et sic continuo, ne umquam silentium reperiatur in ecclesia. Postea missae eius diei seu sacrum magnum cantetur a cantoribus paulatim et ordinate non perfunctorie, ut antea, ad quem cantum idoneum adm. rdus dnus decanus curet habere, qui et pueros in cantu instruat, in aliis autem festis et dominicis ordine missae decantentur. Semper ab hinc die inchoetur missa magna, ut dicitur, post horam nonam in horologio, ne fiat post meridiem, ut hucusque fiebat, quoniam celebrans post meridiem incurrit censuram suspensionis. Severe insuper praecipimus, ne ullus sacerdotum ornet se

ad altare (excepto adm. rdo dno decano), sed honeste ornatus vestibus sacris egrediatur ex sacrario cum calice detecto. Monemus insuper, a iure ipso facto sub censuris incurrendis, ne ullus audeat celebrare in locis privatis extra ecclesiam, donec videatur privilegium Sanctae Sedis Apostolicae, vel loci ordinarii illudque demonstret adm. rdo dno decano; sacerdos unus saltem semper pro commoditate populi concione finita lectum sacrificium peragat, mandamus.

Cum hic reperiatur confraternitas Rosarii, prima dominica mensis volumus tantum exponatur Venerabile amplius non, ne tam frequenti expositione sit loco devotionis abusus, idque sex saltem candelis incensis. Vespere semper post tertiam horam post meridiem inchoantur et cantu absolventur decenti, non musitando, nam haec omnia visa fieri, quod non decet nec licet, praevio prius officio Beatissimae ex fundatione. Noctu dieque semper ante Venerabile lampas ardeat, quam procurare debet praelatus eius ecclesiae.

Sacerdotes omnes tempostive domos veniant, neve in longam noctem, nec eant in civitate sedulo praecipimus, aleas, choreas, chartas lusorias vitandas et nusquam tractandas sub virtute sanctae obedientiae et poenis iuxta Tridentinum[2] praecipimus [73'] et serio monemus. Quorum omnium cura monendi et advertendi adm. rdo dno decano committimus. Mansionarii, vicarii, clerici pertinentes, tam ad adm. rdum decanum quam praepositum, vel praefectum seminarii, numquam puniantur aliqua poena carceris, verberis aut laesionis, ut factum ante, sed privatione portionis, vel mortificatione aliqua. Sed si in aliquo deviaverit, ad loci ordinarium remittendus. Clerici ad residentiam cum adm. rdo dno praefacto seminarii cogantur. Reliquiae Sanctorum, quae sunt insignes in ecclesia hac, non exponatur, nisi festis primae classis, videlicet Nativitatis Christi, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, Assumptionis, Dedicationis ecclesiae, festo patroni ecclesiae, vel in necessitate gravi sive Regni, sive civitatis; neque audeat quisquam effere unquam reliquias Sanctorum ex ecclesia sub poena excommunicationis contra usurpatores bonorum ecclesiae, neve aperiat unquam et violetur sigillum sub poenis arbitrariis loci ordinarii, sine facultate eiusdem ordinarii. Festo alicuius sancti insignes reliquiae officium ab omnibus sacerdotibus iuxta rubrum absolvantur et missa cum Gloria et Credo cantetur de eodem sancto iuxta rubricam et praxim Romanam.

Cum defertur Venerabile ad infirmos sacerdos indutus superpelliceo et stola, detecto capite, deferat, nuspiam colloquendo tam cum aliquo, ut ante, accensis semper duabus lucernis partandis a pueris; baldachimum serio procurabit adm. rdus dnus decanus, decet enim ob reverentiam Sacramenti, ut inter haereses et schismata cultus eius floreat. Insuper omnino curet adm. rdus dnus decanus, qui possint canere tunc hymnum aliquem cum defertur Venerabile vel Pange lingua seu Homo quidam, pulsus detur continuus a puero. In sacrario numquam audeat quisquam excipere confessiones saecularium aut feminarum, sed in confessionali, de more stola et superpelliceo indutus. Ut autem quilibet habeat potestatem quisquam excipere confessiones saecularium et feminarum adire tenebitur adm. rdum dnum decanum et monstrare facultatem a loci ordinario, non ut antea fiebat. Ne ullus audeat facultatem dare alteri excipiendi confessiones, quam non habet in scripto, ut hucusque factum, alias confessio nulla ex Tridentino[3]. Sacerdotes confitean-

[2] *Sobór trydencki na 14 posiedzeniu generalnym (25 XI 1551) zajął się reformą życia kleru kapitulnego (Sess. XIV de reform., cap. 1 nn.).*

tur in sacrario vitentque ne adsint saeculares, qui ex longa confessione varia interpretantur. [75] Ut autem maior praxis et doctrina a sacerdotibus in excipiendis confessiones floreat, adm. rdus dnus decanus quolibet mense proponat casum aliquem, quem resolvant sacerdotes et quem authorem legant demonstrent.

Sine bannis nullus audeat assistere matrimonii sacramento, sine loci ordinarii potestate et facultate in scripto data, alias ob matrimonium clandestinum talis poena a iure puniatur. Baptisterium sive fons baptisandorum in medio ecclesiae statuatur, nec ullus audeat alibi baptisare praeterquam in ecclesia sine facultate loci ordinarii, excepto casu necessitatis. Ecclesia tam magnifica quotannis expurgetur et mundetur scopis, ne arescia sela pensilis appareat, idque spectabit ad adm. rdum dnum decanum praelatum ecclesiae et ad adm. rdum custodem.

In capitulo generali adm. rdus dnus decanus habeat exhortationem ad clerum, ut sancte et caste omnes vivunt, uti ministri Dei. Hortetur ad lectionem librorum et eruditionis pertinentis ad verbum ecclesiae, ad legendum rubrum, nec quisquam audeat omnino sacrificium ad altare, donec sciat integre rubrum Missalis Romani. Venerabile publice in monstrantia non exponetur, nisi in die Dedicationis ecclesiae, patroni eiusdem, festis Beatissimae Annuntiationis, Nativitatis, Assumptionis, Conceptionis, Purificationis et Visitationis, dominica Rosarii, de cetero numquam, ne ubusus fiat et prophanus usus. Processionibus omnes sacerdotes huius ecclesiae adsint. Cum exponetur Venerabile, rdi vicarii flectant ante Venerabile tempore vesperarum ad thurificanda altaria, recedendo, duo sacerdotes remaneant flectentes ante Venerabile. Praelatus numquam ad thurificandum cuiuscunque ob reverentiam Ssmi Sacramenti recedat ab altari. Feria quinta ex magna fundatione contendit Venerabilis in pixide tantum expositio et processio.

Pueri per ecclesiam ne vagabundi pedetensim currantur, clamenturve, inservientes sacris, viva voce ferent alte, prohibentur. Campanile omnino reparetur quod officii et muneris est adm. rdi dni decani, ut possit pulsari competenter more solito, adhibitis et applicatis versibus ad campanas trahendas. Ab hinc pulsus vespertinus pro defunctis semper fiat post secundam immediate, et pulsetur more solito, non ut ante perlongas moras expectandum.

Argentum diligenter servetur, nec aponatur saepe, nisi pro maioribus festis primae classis, aliaque apparamenta non sint in usu frequenti, praesertim pretiosa; sint apparatus viliores pro feriis, preciosiores pro festis, ne usu quotidiano tereantur. Testamenta, si quae fuerint, nullus audeat celare et occultare statimque, quantum fieri poterit, ad approbationem a loci ordinario remittat vel probeat sub poenis a iure canonico.

Quia vero capella ex fundatione illmorum Zamosciorum ob non aris faciendum censuum provenientium vacat hucusque, monemus et serio mandamus, ut adm. rdus dnus decanus omnem curam et diligentiam adhibeat, ita ne defraudetur piissima intentio, possibili modo vindicet. Si quidem, cum serenissima ducissa et patrona huius ecclesiae submisit, se quantocius extraderetur eosdem census, licet non de toto ad praesens, successive, adm. rdus dnus decanus sit incitamento ob Christum rogando ferventer, ut quam primum viget piissimo in absolvendis obligationibus haec capella restituatur.

---

[3] *Sobór trydencki na 23 posiedzeniu generalnym (15 VII 1563) postanowił, by każdy szafarz sakramentu pokuty posiadał specjalną jurysdykcję od ordynariusza miejsca, w przeciwnym wypadku sakrament był nie ważny (Sess. XXII de reform. cap. 15).*

## Nr 50
## Zapis na rzecz bractwa różańca św.

*Zamość 4 X 1677.*

*Maciej Sokołowski, razem ze swoją małżonką Katarzyną Zawistowską, oraz Jan Serwatowski, mieszczanie zamojscy, zapisują na rzecz bractwa różańcowego przy kolegiacie zamojskiej 500 flor. pol., które zabezpieczają na wszystkich dobrach swoich.*

**Czps** *WAP Lublin. Nr 23: Advocatia Zamoscensia (1675—1677) k. 360—361; tytuł wpisu:* Obligatur item Mathias Sokołowski.
**Kop.** *ADL Nr A — 133: Acta iudiciaria et episcopalia R.D. Valentini Francisci Salesii Wężyk ep. Chelm. a die 17 IX 1756 ad 7 VI 1765 k. 255'—256 (W transumpcie biskupa Wężyka z 15 V 1765).*

Actum in officio advocatiali et scabinali Zamoscensi feria 2 ipso die s. Francisci confessoris anno Domini 1677. Coram officio praesenti advocatiali et scabinali Zamoscensi actisque officii eiusdem personaliter comparens famatus dnus Mathias Sokołowski civis et scabinus Zamoscensis et Catharina Zawistowska consors legitima, Mathias quidem ipse per se, consors vero cum eiusdem Mathia sui uti tutoris coniugalis assistentia, et famatus dnus Ioannes Serwatowski civis et scabinus Zamoscensis, ad hunc actum assumpti et officiose approbati, sani mentibus —— recognoverunt, et quilibet illorum suo pro interesse recognovit se debere ac teneri, veri, certi, iusti liquidique debiti seu mutuatae pecuniae summam flor. 500 polon. confraternitati ad capellam sacratissimi Rosarii Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis ac provisoribus eiusdem capellae, nunc et pro tempore existentibus, in vim tamen reemptionis alias in wydarkaff a quibuslibet florenis centum per florenos octo polon., incipiendo tempus solvendae provisionis a festo s. Ioannis Baptistae proxime praeterito in anno currenti 1677 ad annum, et sic deinceps ab anno ad annum et annos sese immediate sequentes, continuando quosque summa praedicta flor. 500 polon. in usufructu, tam apud ipsosmet recognoscentes quam successores eorundem fuerit, interesse proveniens an eadem summa quotannis persolvere et enumerare ad manus provisorum eiusdem capellae tenebuntur. Maioris firmitatis et securitatis gratia summam praefatam flor. 500 polon. una cum interesse provenienti inscribunt, obligant, assecurant et hyppothecant in omnibus et singulis bonis suis mobilibus et immobilibus ante omnes quosvis creditores suos, tam in domo hic in civitate intra moenia, quam praedio cum suis adiacentibus et pertinentibus hic Zamoscii in suburbio Leopoliensi, inter metas Adami Gorczycki ab una et Ioannis Grabowski telarum textoris partibus ab altera, nec non agro vulgo Morga dicto inter metas successorum a fronte olim Domarcki sito et consistente; ita tamen quod si interesse ab eadem summa superius expressa proveniens pro tempore praefixo non solverint, vel quovis modo solvere neglexerint et eo nomine ad officium seu iudicium praesens vocati, aut simpliciter obdestinati fuerint, ex tunc summam principalem una cum interesse detento persolvere et enumerare debebunt. In defectu solutionis intromissionem officiosam in bona superius expressa praesentibus obligatam, dare et promittere, absque quorumvis personarum praepeditione et contradictione tenebuntur cum omnibus iuris gradibus. Quibus quidem bonis praenominati provisores ac confraternitatis ssmi Rosarii Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis, nunc et pro tempore existentes, tantisper utentur fruenturve usum fructum ad summam princi-

palem defalcantes, donec sibi summam flor. 500 monetae pro tunc currenti una cum interesse detento realiter et effectualiter persoluta et enumerata fuerit. His suis personalibus recognitionibus ad praemissa omnia et singula mediantibus. Quod est in actis civitatensibus solidatum et memorali connotatum.

## Nr 51

## Zapis na rzecz bractwa różańca św.

*Zamość, 14 I 1684.*

*Wilhelm Lędza, z małżonką swą Barbarą Krzeczkiewiczówną — mieszczanie zamojscy, zapisują 300 zlp. na rzecz bractwa różańcowego przy kolegiacie zamojskiej. Sumę tę zabezpieczają na dobrach Marcina Tyszowieckiego, mieszczanina zamojskiego.*

**Czps** *WAP Lublin. Nr 24: Advocatialia Zamoscensia k. 407'—408'; tytuł wpisu:* Obligatur honestus Wilhelmus Lęndza.

**Kop.** *ADL Nr A 133: Acta iudiciaria et episcopalia R.D. Val. Franc. Wężyk ep. Chelm. 1756—1765 k. 257 (W transumpcie biskupa W.Fr. Wężyka z 15 V 1765).*

Actum in officio advocatiali et scabinali Zamoscensi feria 6 ante festum s. Priscae virginis et martyris proxima (14 I) anno Domini 1684. Coram officio praesenti advocatiali et scabinali Zamoscensi actisque officii eiusdem personaliter comparens honoratus dnus Vilhelmus Lędza civis et mercator Zamoscensis, sanus mente — — per expressum suo et famatae Barbarae Krzeczkiewiczowna coniugis suae legitimae, pro cuius ratihabitatione ratione infrascripti actus praesentis cavet, ac se de consensuque eius libere super eadem inscripta recognoscenda per famatum dnum Martinum Tyszowiecki civem et scabinum Zamoscensem declarato nomine, praesentibus inscribit, recognovit se debere ac teneri veri, certi, iusti, liquidique debiti seu mutuatae pecuniae summam flor. 300 polon. capellae ssmi Rosarii in Ecclesia Collegiata Zamoscensi fundatae ac eiusdem Rosarii seniori provisori, nunc et pro tempore existenti, in vim tamen reemptionis alias na wyderkaff per flor. 8 a quibuslibet florenis centum. Idque duabus ratis in annum; prima pro festo s. Ioannis Baptistae, secunda vero pro festo Nativitatis Christi Domini, incipiendo tempus solvendae provisionis ab eodem festo proxime praeterito Nativitatis Christi in anno eius 1683; et ideo concludendo in anno currenti pro eodem festo, et sic deinceps ab anno ad annum et annis sese immediate sequentes, quosque summa principalis in usufructu recognoscentis fuerit. Maioris tamen securitatis gratia summam praedictam cum interesse provenienti inscribit, obligat et hypothecat in omnibus bonis suis et consortis suae habitis et habendis et praecipue in lapidea atque praediis nunc hic Zamoscii consistentibus, ante omnes quosvis creditores suos. Ita quod si interesse ab eadem summa proveniens pro tempore praefixo non solverint et solvere quovis modo neglexerint et eo nomine ad iudicium seu officium praesens citati vel simpliciter destinati fuerint, tunc summam principalem una cum interesse detento persolvere debebunt et in defectu intromissionem in bona praesentibus obligata, dare et admittere tenebuntur. Quibus quidem bonis praenominatus provisor, nunc et pro tempore existens, utetur frueturve usumfructum ad summam principalem non defalcando, donec sibi eadem summa principalis cum interesse provenienti realiter et in effectu persoluta et enumerata fuerit. Hac sua personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

## Nr 52
## Dekret biskupa Święcickiego dla kapituły.

*Skierbieszów, 11 II 1691.*

*Stanisław Jacek Święcicki, biskup chełmski, w związku z przedstawioną prośbą ze strony kapituły zamojskiej, unieważnia wybór ks. Pawła Krzeczkiewicza na koadiutora dziekana infułata zamojskiego i mianuje go tylko koadiutorem in spiritualibus; nakazuje też kapitule zamojskiej przedstawić sobie dokumenty dotyczące kanonii fundi Kłopocki i prepozytury św. Mikołaja oraz instytucje kanoników Leszczyńskiego, Grabowicza, Krzeczkiewicza i Sikorskiego.*

**Czps** *ADL A nr 118: Acta episcopalia et iudiciaria R. D. Stanislai Swięcicki episcopi Chelmensis a die 26 VII 1666 — 5 XII 1691 k. 205—205'; tytuł wpisu:* Decretum super punctis Vblis Capituli Zamoscensis.

Coram illmo ac rdmo dno Stanislao Hyacintho in Święcice Święcicki Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopo Chelmensi, abbatiae Lubinensis perpetuo administratore [1], comparentes personaliter illustres et adm. rdi dni Franciscus Grabowicz [2] et Albertus Sikorski [3] Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis canonici, suo et vblis capituli sui Zamoscensis nomine, obtulerunt iudicialiter illmo dno certa puncta eiusmodi vblis capituli Zamoscensis, supplicantes humiliter, quatenus eadem illmus et rdmus acceptare et approbare dignetur.

Et primo produxerunt primum punctum electionis coadiutoris temporanei ad vitam tantum perillis dni decani infulati Zamoscensis valetudinarii. Et illmus ac rdmus dnus, qui supra, hoc punctum non admisit, immo cassavit, eo quo electio coadiutoris, tam temporanei quam cum futura successione, ad capitulum minime pertineat, cum hoc esset cum praeiudicio patronorum et iurisdictionis ordinariae, nihilominus authoritate sua illustrem et adm. rdum dnum Paulum Krzeczkiewicz canonicum Zamoscensem [4] coadiutorem in spiritualibus tantum designat, qui bono regimini ecclesiae ac personarum attendat, quo quidem officium ad beneplacitum illmi dni exequetur. Quoad canonicatum Kłopocianum, quoniam ex istis responsis patet, quod capitulum sibi ius praesentationis praetendat, ideo illmus dnus mandat, quatenus omnia documenta, tam in petitorio quam in promissorio, utraque pars producat, prima iuris post Bacchanalia, tum praecipue illustris dnus Sikorski pro eodem

---

[1] *Stanisław Jacek Święcicki, biskup chełmski (1676—1696), syn Jakuba h. Jastrzębiec i Katarzyny Wąsowskiej h. Łada, ur. 1630 w Święcicach. Początkowo był przeorem kanoników regularnych w Czerwińsku, następnie biskupem pomocniczym żmudzkim, dziekanem kapituły włocławskiej, archidiakonem (1663) i oficjałem warszawskim, a od 1669 scholastykiem gnieźnieńskim. W r. 1676, z nominacji Jana III Sobieskiego, został biskupem chełmskim. Pod koniec życia otrzymał nominację na biskupstwo chełmińskie. Zmarł w 1696 r.* J. Korytkowski: *Prałaci i kanonicy katedry metropolitalnej gnieźnieńskiej od roku 1000 aż do dni naszych. T. 4. Gniezno 1883 s. 46—48.*

[2] *Franciszek Kazimierz Grabowicz, pochodził z Zamościa i tu ukończył studia na akademii (doktor filozofii); powołany na profesora tejże uczelni (1674) wykładał retorykę, logikę i etykę; pełnił również urząd rektora akademii. W r. 1686 został kanonikiem zamojskim, a następnie scholastykiem (1708). Zmarł w r. 1713. Wiadomość o profesorach s. 44 n., 154 n.*

[3] *Wojciech Sikorski, od r. 1691 kanonik zamojski fundi Kłopocki, następnie dziekan infułat tejże kapituły i prepozyt w Tomaszowie Lubelskim. Zmarł w 1692 r.* F. Stopniak, *jw. s. 194.*

[4] *Paweł Krzeczkiewicz, po studiach na Akademii Zamojskiej (doktorat z filozofii) wykładał od r. 1674 poezję, a później matematykę. W r. 1682 został kanonikiem zamojskim. Trzykrotnie był rektorem akademii (1684/5, 1701/02, 1707/08). Zmarł 22 XII 1710. Wiadomość o profesorach s. 44, 154.*

termino, si in quantum voluerit, coram illmo, a quo cessit, institutionem ad praefatum canonicatum controversum, liberam resignationem eius modo beneficii faciat, alias resignatione non facta, praesentationis illegitimitate non probata, nullum alium illmus dnus instituet. Quoad vero praeposituram capellae s. Nicolai ad Ecclesiam Collegiatam Zamoscensem pro eodem termino erectionem dictae praepositurae illmus producere mandavit. Nihilominus, ne dicta praepositura patiatur aliquod detrimentum, tam in spiritualibus quam in temporalibus, siquidem illustris dnus Sikorski cura animarum parochiali impeditus existit, rdo dno Stanislao Rutowski[5], uti actu mansionario, authoritate sua regendam commisit, non praeiudicando iuribus vblis capituli, si quae habet.

Insuper illmus ac rdmus dnus mandat praesenti decreto, quatenus institutiones illustres et adm. rdi dni Leszczyński[6], Grabowicz, Krzeczkiewicz et Sikorski canonici Zamoscenses pro eodem termino producant. Et quoniam ob absentiam dnorum praelatorum et canonicorum in divinis negligentia fit, monet illmus dnus, quatenus praedicti nuntii vblis capituli Zamoscensis avisent eosdem dnos praelatos et canonicos dictae Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis, quatenus omnes circa ecclesiam intra spatium duarum septimanarum resideant et dispensationes supra pluralitate beneficiorum (qua in causa monitiones illmi iam pridem emanarunt) illmo dno pro eodem termino praesentent, alias in defectu praesentationis dispensationum ultimam canonicam monitionem illmus dnus decernet.

## Nr 53

## Zapis ks. Stanisława Rutowskiego.

*Zamość, 3 V 1694.*

**Or.** *nieznany.*

**Kop.:** **1.** *ADL Nr I—138: Status et inventarium 1749 s. 2075 n.*— **2.** *Nr I—158: Decreta reformationum 1750—1751 s. 1613 n.*— **3.** *WAP Lublin Zesp. Kap. Zam. Nr 1: Iura et fundationes 1750 s. 58 n.*— **4.** *Acta et documenta canonicatum fundi Rutkowski respicientia ex annis 1710—1806 s. 8 n. (Wszystkie kopie w transumpcie biskupa M. Wyżyckiego z 16 XII 1699).*

My niżej podpisani małżonkowie, zeznawszy tym pisaniem naszym, żeśmy zostali winni przewielebnemu imć. księdzu Stanisłowowi Rutowskiemu, proboszczowi kolegiaty zamojskiej kaplice św. Mikołaja[1], zł. pol. 800 currenti in Regno monetae, które to złotych 800 gotowiśmy oddać i zapłacić pomienionemu imć. proboszczowi lub okazicielowi tej karty naszej za rok jeden a data praesenti cum provisione. A jeżelibyśmy mieli dalej i dłużej tęż sumę trzymać, tedy quotannis prowizyją powinniśmy płacić za kwitem ręcznym imć. x. proboszcza, którą to sumę pro meliori securitate zapisujemy na sklepie naszym górnym większym w kamienicy naszej, między miedzami leżącej i stojącej zacnie sławetnych panów niegdy Axanta Owańscewicza[2] z jednej

---

[5] *Stanisław Rutowski, prepozyt kaplicy św. Mikołaja i fundator kanonii fundi Rutowski.*

[6] *Sebastian Jan Leszczyński, doktor filozofii i teologii, profesor wymowy (1676), kanonik (1676), a następnie scholastyk zamojski (1696). Dwukrotny rektor akademii. Zmarł w 1703 r. Wiadomość o profesorach s. 45, 155.*

---

[1] *Stanisław Rutowski, zob. dok. nr 52 przyp. 5.*

[2] *Axanty Owańscewicz występuje w Advocatialia Zamoscensia Armenica (WAP Lublin, Nr 8) k. 108 n. (1692).*

i Stefana Rutunowicza z drugiej strony, radziec i mieszczan zamojskich, którą to assekuracyją naszę takiej wagi mieć chcemy, jakobyśmy przed aktami urzędu naszego wójtowskiego zaznali, co i pozwalamy do ksiąg prawa naszego aktykować. Co dla lepszej wiary i stwierdzenia tej assekuracyjej rękami własnemi podpisujemy się. Działo się w Zamościu die 3 maii anno 1694. Zachariasz Arakiełowicz Ormianin, Zofia Arakiełowiczowa. Zamość dnia 26 miesiąca września według starego kalendarza roku Pańskiego 1692.

## Nr 54
## Zapis na rzecz bractwa różańcowego.

*Zamość, 26 VII 1696.*

**Or.** *nieznany.*
**Kop.** *ADL Nr A 133: Acta iudiciaria et episcopalia R. D. Valentini Francisci Salesii Wężyk episcopi Chelmensis 1756—1765 k. 257' (W transumpcie biskupa W. Fr. Wężyka z 15 V 1765).*

Ja niżej podpisany zeznawam tą kartą moją, żem został winien pewnego i rzetelnego długu do kaplicy Różańca św. kościoła farnego zamojskiego sumę zł. pol. 300 currentis monetae, którą to sumę, to jest flor. 300 wyżej wyrażoną, powinien będę i tą kartą moją submittuję się oddać i realiter wyliczyć na dzień i święto Trzech Królów w roku przyszłym da Pan Bóg 1697, nic a nic czasu nie uchybiając, a in quantum bym tej pomienionej sumy na czas determinowany nie oddał, tedy powinien będę in actis advocatialibus zeznać zapis na dobrach moich własnych, niczym nieonerowanych. Na co dla lepszej wiary i pewności podpisałem się ręką swoją własną. Działo się w Zamościu dnia 26 iulii anno Domini 1696. Wilhelm Lędza [1].

## Nr 55
## Zapis ks. Stanisława Rutowskiego.

*Zamość, 13 IV 1699.*

*Marianna Rutowska stwierdza wobec urzędu wójtowskiego w Zamościu, że otrzymała od swego brata ks. Stanisława sumę 150 złp. z tytułu spadku po rodzicach. Zgadza się przeto, by dziedziczne dobra po rodzicach pozostawały w całkowitym zarządzie jej brata.*

**Czps** *WAP Lublin. Nr 27: Advocatialia Zamoscensia k. 373'—374; tytuł wpisu:* Quietat Rutowszczanka fratrem.
**Kop.:** **1.** *ADL Nr I—158: Status et inventarium 1759 s. 2084 n.—* **2.** *Nr I—158: Decreta reformationum 1750—1751 s. 1620.—* **3.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 1: Iura et fundationes 1750 s. 65—66.—* **4.** *Nr 54: Acta et documenta canonicatum fundi Rutowski respicientia ex annis 1710—1806 s. 14—15 (Wszystkie w transumpcie biskupa M. Wyzyckiego z 16 XII 1699).*

Actum in officio advocatiali et scabinali Zamoscensi feria 2 in crastino Dominicae Palmarum anno Domini 1699. Coram officio et actis advocatialibus scabinalibus Zamoscensibus comparens personaliter pudica Marianna Rutowszczanka, olim famati Petri Rutowski scabini Zamoscensis filia [1] et suc-

---

[1] *Wilhelm Lędza, zob. dok. nr 51.*

---

[1] *Marianna Rutowska, córka Piotra rajcy zamojskiego, siostra ks. Stanisława Rutowskiego.*

cestrix legitima cum assistentia honorati dni Thobiae Kraus [2] scabini Zamoscensis, tutoris ad hunc actum sibi assumpti et officiose approbati — — recognovit. Quia ipsa e manibus adm. rdi Stanislai Rutowski praepositi Zamoscensis [3] summam flor. polon. 150, includendo in eandem summam famati Andreae Grzybowski pro margarethis persolutem, ad rationem bonorum paternorum et maternorum percepit, levavit et numeravit. De qua levata, percepta et enumerata eundem adm. rdum Stanislaum Rutowski fratrem suum perpetuis quietavit et quietat temporibus. Quod si vero bona post parentis sui recognoscentis derelicta maioris quantitatis extarent, residuitatem divendere cuicunque adm. rdus frater voluerit, promittit et super divenditionem censentit, praesenti recognitione ad praemissa mediante. Marianna Rutowska, Thobias Kraus uti tutor do tego aktu proszony mp.

## Nr 56

## Oświadczenie wierzycieli ks. Rutowskiego.

*Zamość, 27 VI. 1699.*

**Czps** *WAP Lublin. Nr 8: Advocatialia Zamoscensia Armenica (1690—1700) k. 398—398'.*

**Kop.: 1.** *ADL Nr 1—158: Status et inventarium 1749 s. 2076 n.—* **2.** *Nr I—158: Decreta reformationum 1750—1751 s. 1614 n.—* **3.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 1: Iura et fundationes 1750 s. 59—60.—* **4.** *Nr 54: Acta et documenta canonicatum fundi Rutowski respicientia ex annis 1710—1806 s. 9 (Wszystkie kopie w transumpcie biskupa M. Wyżyckiego z 16 XII 1699).*

Działo się w Zamościu w urzędzie wójtowskim ormiańskim zamojskim dnia 27 miesiąca czerwca według starego kalendarza roku Pańskiego 1699. Przy bytności zacnie sławetnego Stefana Altunowicza wójta prawa uprzywilejowanego ormiańskiego zamojskiego [1], zacnie sławetny Zachariasz Faruchowicz [2], wójt nacyjej ormiańskiej zamojskiej wespół z małżonką swoją Zofią renovando essecurationes suas, które in anno 1695, 1696, 1697 et 1698 imc. x. Stanisławowi Rutowskiemu, proboszczowi kaplice ś. Mikołaja [3] w kościele kolegiackim zamojskim, in summa zł 1000 currentis monetae, uczynili renowacyją i super bonis omnibus habitis et habendis zapisali, obiecując tę sumę in tempore praefixo i te oddać (bez prowizyjej, bo jest zapłacone na ten czas wszystek delata), to jest na śś. Trzech Królów in anno Deo dante 1700, sine omnibus difugiis et anfractibus iuris, przyobiecali, na co się rękami swemi własnemi podpisowali. Zachariasz Faruchowicz, Zofia Faruchowiczowa.

## Nr 57

## Zgoda kapituły zamojskiej na fundację kanonikatu fundi Rutowski.

*Zamość, 6 VII 1699.*

*Kapituła zamojska, na posiedzeniu generalnym nadzwyczajnym, wyraża zgodę na fundację kanonikatu fundi Rutowski przy kapitule z tym jednakże*

---

[2] *Tabiasz Kraus, zapewne mieszczanin zamojski, bliżej nieznany.*
[3] *Stanisław Rutowski, zob. dok. nr 52 przyp. 5.*

---

[1] *Stefan Altunowicz, bliżej nieznany.*
[2] *Zachariasz Faruchowicz występuje często w Advoc. Zamosc. Armenica.*
[3] *Stanisław Rutowski, zob. dok. nr 52 przyp. 5.*

*warunkiem, by fundator do zapisanej sumy dodał nadto w formie zapisu sumę 1200 flor. pol. Równocześnie kapituła zgadza się na inkorporację do tegoż kanonikatu fundacji Andrzeja Choynackiego. Fundator kanonii ks. Rutowski zapisał na rzecz kanonikatu 1800 flor. pol. Prawo patronatu i prezenty fundator przekazuje radzie miejskiej w Zamościu. Do obowiązków nowego kanonika należy odprawianie w tygodniu 1 mszy św.*

**Czps** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 413: Acta capitulorum generalium tam ordinariorum, quam extraordinariorum, per praelatos et canonicos Insignis Collegiatae Zamoscensis celebratorum. Vol. I (1658—1708) s. 252—253.*
**Kop.:** **1.** *ADL Nr I—158: Status et inventarium 1749 s. 2079—2081.*— **2.** *Nr I—158: Decreta reformationum 1750—1751 s. 1615—1617.*— **3.** *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 1: Iura et fundationes 1750 s. 60—63.*— **4.** *Nr 54: Acta et documenta canonicatum fundi Rutowski respicientia ex annis 1710—1806 s. 9—12 (Wszystkie w transumpcie biskupa M. Wyżyckiego z 16 XII 1699).*

